Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joseph DuChesne

Josephi Quercetani Medici Opera Medica : Scilicet, Ad Jacobi Auberti Vindonis de ortu & causis metallorum contra Chymicos explicationem, Brevis responsio. De Exquisita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium medicamentorum Spagyrica praeparatione & usu, perspicua tractatio

Francofurti ad Moenum: Francofurti ad Moenum: Beatus: Albertus, 1602

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0001
DFG

Floruit Ma. - 3159.

A. C. 1576.

Mortuus est A. C. 1609.

81, Laurus 7.

Est praemium Scientiae atq; Sapientiae

Ubi vita ibi motus, ubi motus ibi calor, ubi calor ibi Lux et sensus, quia viventia sentiunt et sensus movent. Hinc calorem sentientes Scarabaei, Spiritus vitalis Lucis avidi in calore lucem percipientes se extendunt versus lucem et in altum evolant. Hinc Albumasar etiam vere dicit per Solem et Lunam omnibus rebus suam vim et vigorem insinuari. Hinc etiam quodlibet ad suum fontem tendere, experientia docet. Quidergo miramur Spiritus corpora per attenuationem suam a calore (calore) vehere. Cum autem formae omnes a Luce habeant originem quod videre licet in Speculo polito aut etiam in aqua in quibus Solis Lux species rerum subito imo in instanti pingit fingitq; perfectissime

Sun M. Iohannis Rhetij Goln. Pom. Sec.

DEUS Tabit.

Tandem Luce

Magnesia c. Mercurius Albus

Putrefactionem concomitatur Nigredo.

tanquam perfectae Conjunctionis signaculum, sicuti et Scarabaeus semen suum cum terra putrida exacte conglomerat.

IOSEPHI

QVERCETANI MEDICI, OPERA MEDICA:

SCILICET,

AD IACOBI AVBERTI VINdonis de ortu & causis metallorum contra Chymicos explicationem, Breuis responsio.

DE EXQVISITA MINERALIVM, ANIMALIVM, ET VEGETABIlium medicamentorum Spagyrica preparatione & vsu, perspicua tractatio.

SCLOPETARIVS, SIVE, DE CVRANdis vulneribus, quæ sclopetorum & similium tormentorum ictibus acciderunt,

ANTIDOTARIVM SPAGYRIcum aduersus eosdem ictus.

Liber singularis omnibus tam Philosophis quam Medicis vtilis & necessarius.

FRANCOFVRTI AD MOENVM, Sumptibus Laurentij Alberti, Biliop. Lubec. Typis Hæredum Romani Beati.

CIↃ IↃ CII.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Sum M. Johannis Rhetij Goln: Pom

A. B.

17 β

Rose 6

(1) Superiores et inferiores Virtutes per Sublimationem aequaliter contemperari debent ut Lapis noster ad summum perfectionis gradum promoveri possit atque è grano fundi, commutari in Centrum Mundi (quintam essentiam vel Lucem primigeniam vel Isidem Magnesiam et Mercurium Philosophorum, qui omnia in se continet, quaecunque in toto mundo sunt, Itaque Haec Magnesia in Potentia sua omnia è, quaecunque in hoc visibili mundo comprehenduntur, et qui Mercurius in omnibus rebus reperitur, et propterea omnia ex eo possunt praeparari XB XB XB

(2) Lunaria Minor herba XB. Mercurij Scob
XB stantiae se commiscet Mercuriumque Coagulat propter Crassum et terreum suum sulphur
XB unde ad perfectam projectionem in Alchymia
XB. aptum est Exempla Vide Theatr. Chym Tomo 1. cap 7. fol. 557.

(3) Antiquissimi Philosophi Lunam aetheream vel Coelestem appellarunt terram. Mercurium vero aquam Videatur Rhodiginus Lib 1 cap. 4 et 15.

(4) Elixir Philosophorum est quintae Essentia quod per Calidi, Frigidi, Humidi et Sicci contemperationem exactissimam in Quintam Coelestem et incorruptibilem Essentiam conversum est; Et

(5) Circulatio Operationis finis è. Circulatio h. e. materiae in primam materiam Reductio

(6) Terra Virginea dicitur terra Rubra

4

GENEROSISSIMO AC SPLENDIDISSIMO VIRO,

IACOBO DE LA FIN, REGII *ordinis Equiti Aurato, eiusque Nobili Cubiculario, D. de la Fin la Nocle, Pluuiers, Baroni d' Ambusson, &c.*

IOSEPHVS QVERCETANVS S.

MEmoriæ proditum est, Pythagoram, hominum vitã dixisse consimilem sibi videri eius Panegyris ac mercatus Græciæ nobilissimi, quò nonnulli certandi, alij emendi & vendendi, alij verò spectandi tantùm causa se conferebant: Philoso-

phos autem eos esse qui neque plausum & coronam, neque quæstum & lucrum sectarentur, sed studiose naturam rerum intuentes, vim illius effectricem accuratè animaduerterent. Quod philosophandi meditandique studium tantis laudibus sapientes prisci extulerunt, vt eorum animos qui se totos huic disciplinæ consecrarent, quasi diuinos, atque à terrestrium rerum contagione & humilitate ad vitam propè cœlestem sublatos admirarentur, colerent, summisque honoribus prosequerẽtur. Quippe quòd illorum studia vel propter vtilitatem vitæ opportunissima, vel propter incredibilem oblectationem iucundissima esse statuerent. Qua de causa Plato tum demum præclarè cum rebus humanis actum iri aiebat, quum vel philosophi regnarent, vel Reges philosopharentur. Quàm igitur dissimilis huius nostri seculi ratio! imò verò quàm fœda labes ac macula! quum ij qui se totos

ad

ad res Naturæ perſcrutandas, arcanaque illius cognoſcenda addixerunt, à pleriſque non modò ſannis & dicteriis exagitantur, verùm etiam de medio tollendi iudicantur. Exiſtiuſmodi hominum caterua, Aubertus, neſcio quis, nuper in medium prodijt, qui quorum neque induſtriam imitari, neque fœlicitatem aſſequi potuit, eos his epithetis Carbonariorum, Ciniflonum, Fumiuororum ornauit: & ijſdem contumelijs ſummum illum abſtruſioris Philoſophiæ parentem, Albertum Magnum, inſectatus eſt, atque in illam non minus vetuſtam, quàm reconditam Phyſices partem (quæ vulgo Alchymia nuncupatur) multa eſt debacchatus, omnesque etiam eius ſtuodioſos propè luce indignos exiſtimat: quum tamen illa, non modò propter innumera ad vitam humanam tuendam remedia, quibus abundat, in pretio ſit, ſed etiam clariſſimorum & doctiſſimorum ſcriptis comprobata.

Quorum alij, maiorum memoria, præclara generi humano munera ex illius diuinæ artis mysterijs prodiderunt: alij hoc seculo, nihil quod ad illorum imitandam virtutem, ad vitam humanam sustinendam & morbos depellendos pertineat, prætermittunt. Et sane ars illa eiusmodi est, qualem tot, iiq; Doctissimi descripserũt. Neq; verò illi macula vlla propter Sophistarum & præstigiatorum inscitiam & improbitatem inurenda est: quum multos olim Philosophiæ clarissimum nomen professos esse constet, qui istius artis magnitudine & dignitate illecti, communem viuendi rationem contempserunt. Sed ad Aubertum redeo, qui haud scio, an cum quoquã meliùs comparari possit, quàm cum illo Phormione, qui cum de re militari coram Hannibale disseruisset, ad extremum elogio illo notatus ab ipso dicitur: Multos se deliros senes vidisse, sed qui magis quam ille deliraret, neminem. Quid enim inscitius, quid de-

denique ineptius quam ea de re vel in magno hominum conuentu disserere, vel in publicum libellos edere, quam tibi neq; disciplina neque vllo vsu notam esse fateare? Vt autem hanc artem omnium pulcherrimam ab istius qualiscunque hominis contumelijs vindicarem, perutile mihi visum est, libellũ hunc ad illius dignitatem tuendam emittere, & huius argumẽta qualiacunque sunt oppugnare. Quùm autem, vir Generosissime, animaduerterem, te summo ingenio præditum, & ex illustri genere natum, inter arma educatum, magnisq; Regiis & Principum nostrorũ negotiis obeundis occapatũ: huius tamen nostræ artis studiosum esse, optimum factu iudicaui hunc meum libellum sub tuo clarissimo nomine prælo committere: tum vt iudicium meum, quod de animi tui magnitudine & dotibus fero, prædicarẽ: tũ vt ex nominis tui splendore aliquã meo labori dignitatẽ compararem. Quem si tibi tuiq; similibus,

milibus, ingenio & nobilitate præstantibus gradum esse intellexero, dabo operam ne meo erga hanc antiquissimam artem studio defuisse videar. Vale, & nos vt soles, ama. Calend. April. M. D. LXXV.



ODE-

IHS

ODELLETE DE L' AV-THEVR A MESSIRE IAQVES de la Fin, Cheualier de l' ordre du Roy, & Gentil-homme de la chambre de sa Maiesté, Seigneur de la Fin la Nocle, &c.

A toy qui as dés ta ieuneſſe
Sur le double monte de Permeſſe
Beu dans la fontaine au cheual:
Qui as auec tes chanſons belles
Mené cent & cent fois le bal
Auec les neuf ſœurs immortelles:
A toy qui par plus grande gloire,
Et pour eternelle memoire
As cheri d' vn eſgal compas
Et les lettrez, & les Genſ-d'armes,
Tout ainſi qu'on voit, que Pallas
Ayme les liures & les armes:
A toy c' eſt, à qui ie dedie
Ces ſecrets de Philoſophie,
Qui ne craindront du detracteur
Deſormais la langue bauarde:
Pourueu que ta double valeur
Les prenne ſous ſa ſauue-garde.

A l'

Al'aſpre venin, à la rage
De l'enuieux, ton fort courage
S'oppoſera, & ta vertu.
Et les dars mordans, qu'il eſtance,
Seront parez de ton eſcu,
Qui defendra ceſte ſcience.
Lors aux filles de la memoire,
Son nourriſſon dira ta gloire,
Batiſſant dans eſt vniuers
Mille colomnes pour trophée:
Et fera bruire par ſes vers
L'honneur de toute ta lignée,
Eterniſant d'vn vœu proſpere
Trois tels enfans, nés d'vn tel Pere,
A qui le ciel n'a ſeulement
Eslargi d'anciene nobleſſe
Les titres prodigalement:
Mais bien d'vne heureuſe vieilleſſe.
Mais à quoy penſes-tu ma lyre,
Vouloir de leur maiſon deſcrire
Le los en ce liure, voué
A mon ſeul la Fin *que i'honore,*
Qui merite d'eſtre loué
Par toy de l'vn à l'autre More.

ET FLORIDA PVNGVNT.

ENE-

ENEMOND DE CHARBONNE AV GENTIL-HOMME Dauphinoys, à l'Autheur son ami.

On voit reluire ici ta rare ſuffiſance,
Qui reiectant au loin les traicts de l'ignorance,
Nous à encor ouuert & tranché la cloſture
Des plus cachez ſecrets, que peut auoir nature,
Ton liure nous apprent cueillir des vegetaux,
Des animaux auſſi, & tous les mineraux,
Vn celeſte pouuoir & leur vertu profonde,
Threſor des plus exquis qui ſont en tout le monde.

IN

IN IOSEPHI QVERCETANI DE ORTV METALLORUM tractationem.

B. T. V.

Vsibus humanis si nil pretiosius auro,
Auro vti si quis cum ratione potest.
Quercetane probans aurum quoq; nascier arte,
Et certè haud nulla cum ratione probans,
Non Quercetanus vilis de nomine ligni,
Quin potiùs deinceps Aureus esto mihi.
Imò etiam quouis longè pretiosior auro,
Quod ratione probas, res modò monstret opus.

Eiusdem.

Posse etiam humana mutarier arte metalla
Quæ natura suo non coquat una sinu:
Vnus ait, negat alter. Ego malè credulus, ipsum
Hæreo dum nobis cernere detur opus.
At vos interea qui disceptatis amici,
Si veri & famæ vos trahit vnus amor,
Ne, quæso, certate animis. Nam cernere verum,
Non equidem est iræ, sed rationis opus.

A SON

A SON ACHATE, MEDECIN & Philosophe excellent.

SONET.

Mon Achate, croy moy, ie plaindroy' fort la peine
Que tu prens à mõstrer que ce iazard corbeau,
Emprũtãt de plusieurs vn plumage assez beau,
Son liure à troacé sans propos, meu de haine:
Veu que sa seule voix foiblettement hautaine,
Mõstre qu'il est encor' à chanter fort nouue au
Des Chymiques subiects, le seul pesant farde au
Qui son cœur fort enflé d'ennie tousiours gẽne:
Sinon que ie compren, c'est vn seul desir
De seruir au public, qui t'est venu saisir,
Ouurant les vrays secrets de la Philosophie:
Or tu fais que ie prise encor plus ton sçauor,
Et qu'heureuse ie dy pour nous sa grand' folie,
Qui la cause a esté d'vn si grand bien auoir.

P. D. L. M.

VIRTVTE HONOS.

AD

AD MEDICVM QVENDAM A CHYMICIS PHILOSOPHIS ad Antichymicos transfugam, Dialogus.

Spagyrus interrogat, Alter respondet.

Interr. *Chymica qui hospitio nuper fugitiue fouebas,*
Cur nunc immeritò dente furente petis?

Respon. *Regula ne fallat vos, qua desertor oberrans,*
Ordinis vsque sui fertur acerba lues.
Constantem inconstans vt reddat Apostata legẽ,
Hostis factus atrox iam gregis ipse sui.

Interr. *Sed quid te Sophiæ dotum hæc dulcissima læsit?*
Aut quæ, insultando, commoda magna feres?

Respon. *Quem mihi præripuit cõuerso, ars fœnore quæstũ*
Hinc dulce, vlcisci, forte leuamen erit.
Sic rabidam sedo citra Rhabarbara bilem,
Quod capere & nequeo, carpere sic soleo.

Interr. *Quin tamẽ & Criticos veritus, tot cultior Orbis*
Præclara eximios quos habet arte viros?

Respon. *At tot quæ indoctos alit, ipsa indocta, medentes,*
Vulgi fama, sat est, si modo nostra probet.
Huc nos respicimus, nobis hæc meta laborum,
Vt premat ære loculos. Quid moror hinc alios?
Hoc tamẽ vsque teges, iactabo, ad prælia gnauos,
Veri me studio prolicuisse Sophos.



Ὅ ϛις Ηφαίϛου πολυδαιδαλαῖα
Ἔργα πειρᾶται πονέων ἐρευναν,
Κεῖνος ἐντούτοις φύσεως κατόπτρου
Τεύξετ' ἁπάσης.
Οὐδὲν οἷ κρύπτον, φάνερ' ἀλλὰ πάντα,
Καὶ φθοραὶ πάντων γενεσείς τε ἔϛαι
Εν γαίῃ τ' ὄντων κ' ἐνὶ πόντου ὑγρῷ
Κ' ἐν μετεώρῳ.
Ἢν δὲ τῶν μωρῶν ἀσεβὴς κοτήσει
Αὐτῶ ὑβρίζων διὰ τούτο, ὄχλος
Ἐν φρεσὶν χαίρων ἀγαθοῦ τοσούτου,
Οὐκ ἀλεγήσει.

Ad Zoilum.

Nec mihi fas fuerit commissa efferre: nec vlli.
In studio alterius damnare incognita, honestum
Non si quid nescis, reliquis id scire negatum est.

F. Hotoman. Iurisc.

Ad Zoilos.

Discite nutantes in rebus, nulla notanda:
Quae non falsa vt sint, res ratioq́; probant.

A. C. D. M.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn769154220/phys_0017
DFG

AD IACOBI AVBERTI VENDONIS DE ORTV ET CAVSIS metallorum, contra Chymicos explicationem,

IOSEPHI QVERCETANI Armeniaci, D. Medici breuis responsio.

Eiusdem de exquisita Mineralium, Animalium & Vegetabilium medicamentorum spagyrica præparatione, & vsu, perspicua Tractatio.

AC PRIMVM AD EIVS EPIstolam conuitiatoriam, qua Paracelsicorum, quos vocat, nonnulla remedia euertere conatur, Responsio.

RESponsurus Auberti libello de origine metallorum & eorum causis, etsi respõsione non magnoperè digno, illud inprimis præterire nec debeo nec possum, vehementer mirari me istorum hominum audaciam, qui hanc artem penitùs damnare & execrari audeant, tot veterum,

eorumque maximorum virorum authoritate comprobatam, quales sunt inprimis Hermes Trismegistus, Geber, Lullus, Arnoldus Villanouanus: ipseque adeò noster Auicenna, quorum testimonia, & authoritate, & argumentis vsu denique ipso confirmata, grauiora sanè sunt, quàm vt dicteriis aut ratiunculis istiusmodi hominum eleuari tàm facilè possint. Hoc quidem concedo, quorundam imperitorum, ac etiam interdum improborum culpa & impostoris factum, vt pessimè audiát Chymici: Sed damnari propter abusum res præsertim tantas, quãtam hanc esse scio & defendo, profectò nec iure potest nec debet. Tot enim illa nobis Dei Opt. Max. opera patefacit, tot pandit naturæ arcana, tot antehac ignotas pharmacorum pręparationes, herbarum denique, animantium, mineralium, ac omnium penè rerum abditos & in ipso naturę sinu reconditos vsus depromit, vt in humanum genus ingrati sint, qui sepultã illam volunt. Ad Paracelsum verò quòd attinet, equidem mihi nequaquàm proposui ipsius Theologiæ patrocinium suscipere, neq; ipsi in omnibus astipulari vnquam cogitaui, tanquam in eius verba iurassem. Sed præter id testimonium quo Erasmus illum quibusdam epistolis ornauit, ausim ego dicere & tueri, multa

multa illum penè diuinitus in re medica docere, & quæ nunquam satis admirari, & prædicare grata posteritas possit, de quibus aliùs dabitur, vt spero, dicēdi locus. Ea verò tu, Auberte, vt omnes norint quo iudicio susceperis oppugnanda, age de duobus illis agamus, quę tibi in libelli tui præfatione suscepisti exagitanda, homo sanè, vti video peracutus. Horum vnum, nempe Laudanum, valdè periculosum: alterum, nempe aduſtorum oculorum cancri, ridiculum etiam credis. Ac primùm, quoniam putas non esse illud Dioscoridis Ladanum, quæris quodnam illud sit. Hoc igitur discas ex me, sic à Chymiatris ipsum vocari laudabile certè medicamentum, & quod planè suo nomini respondeat, si Laudanum dicas. Sed ex opio, inquis, conficitur: An verò illud est quod hunc stuporem animo etiam tuo inducit? Opiū sanè illi, sed longè meliori præparatione quàm vulgō sit vsu receptum, adhibetur: nō sine vini spiritu, iususionis diambræ per menses aliquot, nō sine essentia croci, castorei, corallorum, margaritarum, mumiæ, cleoq; cinnamomi, caryophillorum, macis, & anis: ex quibus vt artis est rectè mixtis, fit illud præstantissimum medicamentum ad arcendos omnes feruores, sistēdas defluxiones, doloresque omnes mirum in modum sedan-

dos: ita tamen hoc vt colorem natiuum non extinguat, quem potiùs conseruat & tuetur, spiritus corroborando, tantùm abest vt ipsos stupefaciat, vel motum (quod est dictu ridiculum) partibus adimat: sed mira quadam qua pollet facultate vires iuuando, vt ex superiorum descriptione, debitaque & non vulgari præparatione ac mixtione coniicere licet. Quid si dices, si addidero, adhiberi præterea veram illam auri essentiam, variis doctissimorum Philosophorũ & Medicorum scriptis, antiquitus etiam commendatam? Ridebis, credo, ignotam tibi istam essentiam, plurimis tamen Philosophis familiarem. At id ipsum aurum esse dico, temperatissimum ad naturæ iuuandum robur, & aduersus affectus melancholicos, ad exolutum ventriculum, ad cardiacos, & præter rationem mœstos efficax remedium. Certè in ipsius essentia, quàm in tuo auro foliato, multò maiorem facultatem inesse meritò credideris. Dabis & illud, mi Auberte, in eo purissimo, vim illam occultarum proprietatum maiorẽ esse, quàm in tuis iusculis cum auro coctis. Nec tamen, puto, credes (hoc enim nimis esset absurdum) aurum, quod ne ignis quidem ardore torreri, asumive potest,

(Vni enim (vt scribit Poeta) nil deperit auro
Igne, velut solum consumi nulla vetustas,

Ac

Ac neque rubigo, aut ærugo conficit vlla:
Cuncta adeò firmis illic compagibus hærent)

à natiuo calore decoqui, aut deuinci ita posse, vt cor, integra remanente illius substantia, ipso corroborari quodammodò queat: quùm sit hæc Philosophorum sententia, Terram videlicet omnem esse mortuam, & spiritus rerum in corporibus solos agere.

Cæterum Laudanum ipsum quamuis opiaticum, non ita tamen conuitiis est lacessendum. Id enim prius non correctum, periculi plenum existere, adeoque nimia sua frigiditate mortiferum, Paracelsici, qui veræ & antiquæ Medicinæ tamen sunt sectatores, satis assequuntur. Nec enim dubitat ipsorum quisquam, quin opium vt suam illam narcoticam vim penè amittat, à multis solo croco, castoreo, & myrrha emendetur. Quæ correctio quid prohibet, quin meliori etiã præparatione fiat? Nam aloë quoque, ne sui acrimonia venas exedat, abluitur & veratrum nigrum, aliàs valde timendum & periculosum, (vt à Chymiatris hoc etiam discas) vini spiritu & anisi oleo commodum sic vsui redditur, vt etiam tutò pueris administrari possit, ad hydropem & omnes melancholicos affectus. Non ergò ita temerè & imprudenter sunt damnanda opiatica, ex quibus varia componuntur pharmaca, ad vehementes cru-

ciatus consopiendos colicorum, nephreticorum, pleureticorum, arthriticorum, ad somnum accersendum, ad tussim leniendam, sanguinis excretionem cohibendam, destillationesque omnes sistendas: quale & Philonium illud est vetustioribus etiam Medicis probatum. Sed & opiatica sunt necessaria in antidotis ad principes partes corroborandas, ad arcendam cuiusuis veneni malignitatem & infinitos alios affectus: vt videre est in summa illa Theriaca ab Andromacho seniore descripta, quam etiam opij vnciæ tres ingrediuntur: itemque in Mithridatij quarta & vltima præparatione, quam Galenus, Aëtius, aliiq; Græci ex Antipatro & Cleophanto vetustioribus Medicis deprompserunt, cuius etiam vires Theriacæ proximas descripserunt. Excipies fortasse non ita esse temperatam huius Laudani nostri compositionẽ, vt illa est Theriacæ Andromachi. Illam igitur nosse te priùs oportuit, quàm reprehendere: quam tamen & ratio commendat, & experientia perutilem satis demonstrat. Quod vnicum remedium te tuiq; similes habere satius esset ad multos curandos morbos, quàm variis istis herbarum decoctis vti, quibus per quàm miseri multi excruciantur. Opio quidem seipsum vitæ tædio interemisse Licinium Cæcinnæ patrem

trem Plinius scribit: at nostro Laudano nemo reperietur, sat scio, qui suo damno vsus fuerit, quod tu tamen falsò & impudenter scribis. Imò multi Docti pijque viri fidem facient, cum felicissimo successu, & ægrorum vtilitate non mediocri in omnibus defluxionibus, & incendiis sedandis, & aliis quibus præscribitur affectibus, non sine ratione exhiberi. Cuius præstantissimi medicamenti compositionem ac præparationem descriptam, tibi tuique similibus incognitam, prælo commisissem, nisi tua me cogerent scripta expendere, an margaritas expediat quibusuis cõculcandas præberi. Venio ad alterum medicamentum, quod rediculum vocas. Oculos cancri calcinatos quartana laborantibus à nobis exhiberi rides, ac præsertim quòd vna dosi sesquidrachmam huius cineris, suæq; mixtionis ad quartanæ curationem perscribamus: concludisq; tandem tot cancrorum oculos suggerere vix posse totum Lemanũ lacum. Quod certè est verissimum. Nullos enim is lacus cõtinet cancros, Astacos autem plurimos: quod tu mi Auberte, malè annotasti. Crustatorum enim quæ μαλακόστρακα Græcis dicuntur, sunt quatuor præcipuè genera. Vnum dicitur κάραβος, id est, locusta: alterum gammarum vocãt, quem ἄσσακον Galenus appellat: Tertium καρί-

Plin li. 20. Nat. Hist. ca. 18.

ſa, quem ſquillam dicunt, & quartum Cancrum quem κάρκινον Græci nuncupant. Quorum diuerſa eſſe genera doctis ſatis conſtat Aſtaci, quos cancros putaſti, qui Gallis dicũtur *eſcreuiſſes*, locuſtis ſunt ſimiles parumque aut nihil differunt, niſi tantùm chelarum brachiorumque quorundam varietate. Corpus enim caudamque longam habent, in qua pinnæ quinque inueniuntur. Aſt ſolis cancris corpus eſt rotundum, vt qui nullam prorſus caudam habeant, quòd illis minimi ſit vſus: quandoquidem proximè terram vitam agunt, cauernasque ſubire ſolent, neque plurimùm natant. Quod vt meliùs intelligas, poteris conſulere Ariſt. Plin. & præſertim Edoardum Wotthonum lib. 10. de different. animalium: Matthioli quoque commentaria in Dioſcor. qui te omnes docebunt magnum præcipuè eſſe diſcrimen inter aſtacum, de quo tu imprudens loqueris, & cancrum fluuiatilẽ aut marinum. Sed dices, non ita multùm curandum eſſe de verbis, iſtaque cruſtatorum animantium genera vt plurimùm inter ſe confundi. Eſto: Hæc etiam obiter dicta volui, quòd iis egere te videam, & vt hinc noſtra clarior euadat diſputatio: Cancrorum oculos calcinatos in quartanis præſcribi duobus modis abſurdũ putas, nempe quòd ſiccitate

Plin. li. Nat. Hiſt. 9. cap. 71.

tate & acrimonia augeant quartanariorum affectum. Subtilis profectò argutia, ac tanto Medico digna. Non ignoramus, mi Auberte, continentem cauſſam ſiue febris quartanæ materiam, ipſum ſuccum melancholicum eſſe, qui cùm propriis ex cauſis multus cumulatur, nec calore natiuo regi poteſt, tandem putreſcens hanc febrem incendit. Hunc melancholicum humorem faciunt Medici duplicem: Vnum naturalem, qui eſt quaſi fæx & limus ſanguinis: Alterum aduſtum, qui quorumuis humorum torrefactorum velut tartarum eſt concretum, aut cinis. Id fit præſertim ex bile flaua, & melancholia aduſta, quamuis & interdum ex pituita, torrefacta, ſi Arabibus credimus. Quùm ergò melancholicus ſuccus, qui frigidus eſt, & ſiccus, harum ſit febrium materia: illarum cauſſam partim frigidam & ſiccam eſſe tecum fatebimur: At ſiccorum & acriorum omnium vſu illum augeri negabimus, vt falſum. Nam quùm hic humor ſua natura craſſus ſit, viſcidus ac lentus, atq; is exuperãs, potiſſimùm in liene, in meſenterio, & circum hypochondria coaceruari ſoleat, & tandem temporis ſucceſſu indurari: certè illum emolliendum, digerendum, rarefaciendum, attenuandum, incidendumque eſſe Medicorum doctorum

dubitat nullus: quæ autem pro hac intentione, minore pollent facultate χαλαστικὴ siue emollientia, aut μαλακτικὴ Græcis dicuntur: quæ maiore vi calidiora atque tenuiora sunt, ad secundum tertiúmve ordinem ἀραιώτικὴ Græcis, Latinis rarefacientia dicuntur, quæ calore & mediocri siccitate solidas, compactasque materias soluunt, ac diffundunt, scirrosque omnes lienis & viscerum affectorum emolliunt, digerunt, ac dissipant. Quorum medicamentorum tempestiuus præsertim vsus in quartanis & requiritur & valde laudatur. Sic cordex fraxini, capparis, radix brioniæ, cucumeris agrestis, ebuli, & iridis, calida omnia, & sicca etiam aliqua tertio gradu, duricies omnes emolliunt, & discutiunt assumpta, vel etiam apposita foris: lienes ipsos induratos liquefaciunt & absumunt. Sic de ammoniaco, bdellio, opoponace, galbano dicerem: quæ quamuis calida & sicca sint omnia, tamen magnam habere vim emolliendi ac digerendi tonsoribus ipsis notum est. Ergò emollientia & rarefacientia, quùm ad quartanæ curationem conueniant, vt omnes fatentur, tempestiuè sumpta, non ita absurdum putabis ac ridiculum, Iacobe, si quidã etiam vtantur cinere oculorũ, & aliquãdo capitum cancrorum, aut illorum

defectu

defectu etiam gammarorum. Cineres enim illorum crustatorum animantium, oculorum præsertim, magnam etiam exsiccando habent vim attenuandi & resoluendi fæcem illam humoris melancholici, quam tartarum concretum, qui à te Paracelsici nuncupantur, appellant. Quòd si calcinationes istas, quibus nos sæpius vtimur, abhorres, idque cur fiat, expostulas: hoc discas, Auberte, ex Galeno de simpl. med. facult. lib. vndecimo, quùm de sale verba faciens, talia refert. Sal vstum digerit quidem potentiùs, quàm vstionis expers, quâtò scilicet subtiliùs ipsum corpus, accepta ab igne facultate redditur. Quũ autem, vt eodem libro scribit, quæ tenuium sunt partium medicamenta, iis quæ sunt crassarum partium plus habeant efficaciæ, etiam si parem sortita fuerint facultatem, nimirum quia meliùs penetrent, nos ea sola ratione vtimur calcinatis cancris, præsertim ad fæces & tartareum humorem exoluendum. Nã calcinatione, sal rerum extrahitur: sal autem sale solo resolui potest, si bene intelligas: atq; ita non contraria contrariis, sed similia similibus curari disces, quamuis alia nondum tibi perspecta ratione. Cur alioqui spongiarum calculos, cur adustum vitrum, cur inarefactum hircinum sanguinem, cur cochlea-

" Cap. 11.

rum cineres, cur calcinatum Iudacium lapidem, cur os sepiæ calculo aut renum tartaro, tanta vi prodesse diceres? intelligo, confugeres ad sacram asinorum anchoram, nempe proprietatum occultarum: quod tamen ipso sale fieri, qui illos resoluit, & per vrinas expellit, ratio ipsa docet. Quid ergò diceres de Troglodyte laudatissimo illo antiquorum medicamento ad eandem affectionem, cuius meminit P. Æginet. lib. 3. cap. 45. » vbi hæc scripta reliquit. Hic inquam, totus » sale conditus, crudusq; frequenter comman- » ducatus, calculos iam creatos per vrinam ex- » pellit, in posterumque generari prohibet. » Quòd si integer comburatur cum pennis, ci- » nis vniuersus per se, & cum piperis momento, » ex mero & melle potus, idem potest efficere. Vides, quomodo etiam antiqui absurdis, vt scribis, illis cineribus vsi sint, & quibus in affectibus, nempe in calculis ipsis renum curandis, quorum tamen materia, humor est ita etiam crassus, vt calore lapidescat. Quantùm autem calcinati cancri ad eundem affectum valeant, ab Hollerio & Matthiolo annotatum, atque millies certa experientia compertum fuit. Nec prætermittam inter cætera quæ huic affectui adhibentur medicamenta, crystallum quod primas tenet:

crystal-

crystallum inquam, reuerberatorio calcinatum, ex quo tandem extrahitur sal, ex cuius resolutione in humido, fit præstantissimum oleum, & ad omnes etiam delendas viscerum obstructiones perutile. Non est ergò quòd tam ridiculum putes è calcinatis cancrorum oculis depromptum remedium, nec ita in ipsum acerbitatis tuæ virus euomas. Hoc addam ex Galeno, omniumque veterum sententia, eos ipsos calcinatos cancros totius substantiæ proprietate, canis rabidi morsibus mirabiliter efficaces esse. Rabiem autem etiam sicciſſimum esse affectum denotant ipsius Galeni verba, quæ refert ex Pelope suo præceptore. Non abs re, inquit, cancer, quùm animal sit aquaticum, prodest à cane rabido morsis, quibus videlicet metus est, ne corripiantur affectu siccissimo, nempe rabie. Nunc superest vt de acrimonia, quam in cancrorum calcinatione inuenies, verba faciam, ea, inquis, quartanam auget: Atqui vereor, ne quid sit etiam acris sapor, te planè ignorare ex istis verbis docti existiment. Acrem enim non esse cancrorum cinerem nobis facilè fuerit demonstrare, siquidem acria esse calidissima omnib. Physicis est notũ. Cuiusmodi constituuntur duplicia à Medicis: Alia enim edi possunt, alia elui sunt inepta; illa

De simpl. med. facul. cap. 30. lib. 7.

dulcem quandam, saltem obscuram, admixtam habent qualitatem ista mortifera sunt, si Galeno credimus, aut saltem omnia cuti nostræ imposita vlcus celeriter moliuntur. Et hæc verè acria dici possunt, vbi videlicet alienis qualitatibus non permiscentur, quorum terminus ac proprius finis est vrere, quemadmodum amari abstergere, & dulcis nutrire. Id autem cancrorum cinerem non efficere monstrant Galeni verba, quùm de differentiis amari acrisque saporis disputat. Acrem enim, admixtam quandam humiditatem habere refert: amaros autem omnes non modò calidam habere facultatem, sed & siccam fatetur, cineriqúe (vti eos qui optimè comparet) adsimiles dicit. Qua ratione melius dixisses, oculorum cancrorum cinerem amarum quàm acrem esse, quorum cùm absumitur ac defluit humor in vaporem à calore solutus, siccitas & cineratio efficiuntur: vnde non acrem, sed amaram acquirunt qualitatem, & substantiam quamuis terrestrem, tenuem tamen, quātò scilicet subtilius ipsum corpus accepta ab igne facultate redditur, vt suprà ex Galeno diximus, calidumque & siccum necessariò efficitur: proinde amarum quoque abstergere, comminuere, secare crassos viscososque humores, sicut cinis & ni-

De simpl. med. faculi. 2. cap. 17.

De simpl. med. faculi. c. 18.

Simpl. 11. c. 51.

& nitrum, non est dubium, vt docet Galen. quem meliùs aliâs poteris consulere, ne etiam ipsorum primordiorum ignarus planè videaris. Sed quoniam aliquid & tibi condonandum video, age, concedo tibi lubens, acrem esse cancrorum calcem: quod autem quartanam sui acrimonia augeat, id ego pernego. Nam quæso te, mi homo, an non sinápi, piper, alia, ab omnibus dogmaticis tùm Græcis, tùm Atabibus, ab ipsoque Paulo Æginet. quartanariis adeò conceduntur, vt etiam pro victu præscribantur? Et diatrion pipereon vel diospoliticon, quod appellant, an non inter medicamenta quartanæ censentur? Nec alienum etiam erit in medium proferre Hollerij celeberrimi Medici verba in hanc sententiam, quùm de victu quartanariorum differit, quòd ad victum attinet, inquit initio è materia media interuallis quoque ab initio ad vigorem, rebus acribus, vt sinapi, & salsamentis vti licet, quorum & post vigorem tempestiuus vsus est. Addit sub finē: Nam ideò salsamenta imperantur, quia sal incidit, attenuat, discutit excrementa, siccat, virtutem colligit & roborat. Hisce omnibus puto tibi satis, omnibusq; esse perspectū, quā toto cœlo aberraueris, in contemnendo nostro remedio, ex vera certè Dogmaticorum

simpl. 4. cap. 18.

Lib. de Febrib.

doctrina deprompto. Quoniam autem cætera quæ ipsi remedio adduntur simplicia ignoras, aut saltem tăces; ecce tibi gratificabor, & compositionem tradam. Recipit radicem aronis præparatam, item rad. acori vulgaris, & pimpinellæ præparatas, atque exsiccatas, oculos cancri calcinatos, (quorum pro vnaquaque dosi non ingreditur medius scrupulus) semen nasturtij, & saccharum, omnium fit mixtura: dosis est cochlear vnum manè, pro corroborando imbecilliori ventriculo, & ad pellendas viscerum obstructiones, duritiesque lienis optimum remedium: & quanuis familiare, sæpius tamen probatum, ac doctiss. plerisq; Medicis hodie vsitatum. Istud autē tàm absurdum esse, ac quartanariis obesse, doctorum dicere puto neminē. Dubisti ergò, si volebas Paracelsi medicamenta redarguere, speciosius aliquid deligere, in quo magnitudinē ingenij tui exerceres, eruditionemque tuam probares. Sunt enim ista, quăuis, vt tu inuidiosè vocas, Theophrastica, tamen rationi consentanea, ac docto cuiuis Medico probanda. At tu illa fortasse nec diuino Hippocrati, nec Galeno cognita fuisse dices, ideoq; concludes reiicienda: sed illud tuo solo iudicio, nulla tamē cum ratione. Non enim summam & doctrinam

& diui-

& diuinam illorum eruditionem contemnimus, nec illorum piam violamus memoriam, quod dicimus illos in re medica quidem primos claruisse, non tamen omnium medicamentorum genera tentasse, aut illorum omnium etiam facultatem cognouisse. Vita enim breuis, vt inquit Hippocrates, & ars ista quæ circa experientiam etiam periculosam versatur, nimium longa. Nec puduit Galenum fateri, quùm de Hydrargyro scribit 9. simpl. cap. 19. se nullum fecisse ipsius periculũ, neque quòd interimeret, si deuoraretur, neque vbi foris admoueretur Neque est quòd putes Theophrastum to remediorũ inauditorum primum & solum fuisse inuentorem, quorum notitiam ipsemet in suis libris fatetur se habuisse ex colloquio diuersorũ doctissimùm Philosophorum tùm Medicorum, Ægyptiorum & Arabum præsertim, apud quos ille discẽdi causa per aliquot annos etiam captiuus remansit, ex quibus tot pulchra remediorum spolia tandem reportauit: quę quidem omnia sunt deprompta partim ex aromatum, herbarum, fructuum, florum, & seminum extractis veris oleis, & laxantium omnium essentiis, quorum etiam plùs proficiet gutta, quàm tot & drachmæ & vnciæ: quæ tamen etiam vt tota substantia operentur, seminari & superiniici possunt proprio sali, quod in multis

Aphor. 1.

præstare licet, sicut in aliis terra reiici debet, tanquam planè mortua, & purgationi prorsus contraria. Ex variis quoque resinarum, gummi, & cæterorum vegetabilium generibus desumuntur variæ, pulchræ, & valde vtiles præparationes: quemadmodum & ex multorum animalium diuersis partibus, ex quibus rectè præparatis multa conflantur medicamenta valde salubria: vt ex vera præparatione mumiæ, Theophrasticis solis nota, laudatissimũ fit medicamentum in pestilentibus affectibus: ex oleo & sale cranij hominis non humati ad Epilepsiam: ex oleo mellis & ceræ ad tophos, axungiarumq; aliis præparationibus ad leniendum & melius resoluendum. Sic etiam ex moscho, zibetta, castoreo, ex monocerotis cornu, ebore, cornu & osse cordis cerui, ad cardiacos & alios effectus: & ex aliis infinitis multa fiunt extracta, quorum omnium rectam edocuit ars Chymica, quam damnas, præparationem. Non enim ex solis metallicis, non ex pretiosis lapidibus, & gemmis, vt ineptè multi putant, & toti orbi persuadent, Theophrastica desumuntur remedia: quę nec acria sunt nec violenta, vt ignari & rerum imperiti clamitant, sed dulcissima, naturæque nostræ familiarissima, quam spiritum præstantia conseruant, viuificant, ab impuritatibus, solis plærunque sudoribus expurgant,

tota

tota denique substantia non parũ proficiunt, vt Doctorum multi quotidiè felici cum successu experiuntur. Sed de his plus quàm satis. Iam ergò ad ea quæ de metallis scribis, nobis progrediendum.

AD IACOBI AVBERTI VENDONIS DE ORTV ET CAVSIS metallorum, contra Chymicos explicationem,

IOSEPHI QVERCETANI *Armeniaci, D. Medici breuis responsio.*

METallum esse corpus fossile natura vel liquidum, vt argentum viuum: vel durum, quodque ignis ardore liquefieri possit, sicut aurum, argentum, æs, plumbum, stannum: vel molliri, veluti ferrum, nonnulli scribunt. Alij autem propria nominis significatione omnia quæ in visceribus terræ effodiuntur, metalli nomine vsurparunt. Sic Onesicritus scripsit in Carmania esse metallum rubri- *Agric. lib. 8. de natura fossil.*

cæ: In Lybia circa Atlantem, ſalis, Herodotus. Hocque teſtatur Plin. lib. 33. ſuæ nat. hiſt. Alij verò id quod liquatum in ſuam reducitur priſtinam formam, quodque ductile & malleo extendi poteſt, eſtque durum & impreſſile, propriè metallum eſſe dixerunt. Hacque ratione illa præſertim in ſex diuiſerunt, in Aurum ſcilicet, Argentum, Æs, Stannum, Plumbum, & Ferrum. Addiderunt nonnulli Mercurium, non quòd actu ſed quòd potentia metallum meritò dicatur. Hæc autem planetarum vocabulis Chymici nominare conſueuerunt, non vt ipſorum materiam ad planetas referant, quod ineptè putat Aubertus: ſed partim moti ſimilitudine quadam maiorum ac præcipuorum ſyderum, qua ratione perfectiora duo metalla, Solem & Lunam appellauerunt: & propter duritiem ferri, Martem, quem belli & armorum Deum Poetæ ſunt commenti, ac argentum viuum propter maximum ac penè incertum motum, Mercurium dixerunt: partim etiam Pythagoricorũ inſtar, vt arcana ſua, inuolucris quibuſdam ænigmaticis obtergerent. Cæterùm nullã video rationem, cur ſtibium inter metalla propriè numerari debeat: quare ex illorum genere (pace Agricolæ dixerim, cuius authoritate nititur Aubertus) eſt excipiendũ: quùm illorum definitioni omninò repugnet.

Siqui-

Siquidem liquata metalla omnia ad suam redeunt formam propriam, ductiliaque, dura & impressilia sunt omnia: qua ratione à multis lapidibus lapidibus, in quibus non est humiditas valide permixta cum sicco terrestri, secernuntur: quemadmodum & ab infinitis marchasitarum generibus & semimetallis. Stibium autem liquefactum pristinam omninò amittere formam rerum periti quotidiè experiuntur, & quùm ipsum nec ductile esse, nec imprimi posse ipso vsu constet, propriè metallum id dici non potest. Veruntamẽ hoc affirmare placuit Auberto nostro, in metallicis vsque adeò erudito, vt adhuc somniet glaciale stannum, (quod verè bisemutum est, & cinereum illud plumbi genus de quo plura Agricola lib. 8. de nat. fossil.) stibium excoctum, ac Chymicorum regulum esse: quod planè est absurdum. Non enim stannum glaciale quod bisemutum rectè appellatur, stibium est vllo modo præparatum: neq; Chymicorum regulus, tartaro & nitro extractus, bisemutum dici potest, quod doctis, omnibusque sanæ mentis relinquo iudicandum. Sed ista parum ad rem, quùm metalli nomine plura, vt diximus, non propriè tamen dicantur Estque sanè Auberto istud cõdonandum qui nullas fodinas vsquàm conspexit, vt de his rectè iudicaret: nec Agricolæ sententiam

percepit. Interim cõqueritur ille, quòd Chymici metalla ipsa diuidant, in perfecta & imperfecta: idq; ridiculum putat multis de causis. Primò, quòd quædam tradita à Gebero definitio, non minùs vni quàm alteri metallo conueniat, quùm tamen, vt probè perfecta ab imperfectis discernerentur, vna his, altera aliis definitio fuerit statuenda. Quasi verò viri definitio puero non conueniat, quamuis ad viri ætatem nondum peruenerit, & aliis accidentibus videatur ab ipso, quemadmodum & inter se metalla, differre. Sic alia ac diuersa esse deberet corallorum alborum & rubrorum definitio, quamuis inter se differant, quòd ratione absolutæ coctionis & terminatæ, alba non attigerint perfectionis vltimum gradum: quorum tamen omnium vna & eadem est definitio. Sed vt suam melius comprobet Aubertus opinionem, quæcunque essentialem habent formam, quam singula metalla habere certum est, perfecta necessariò esse scribit: piamque & rerum parentem naturam in suo obeundo munere haud quaquam cessare vel quiescere, nisi impediatur dum scopum sibi propositum attigerit. Addit, materiam ex qua naturale fit aliquid, & circà quam versatur natura, tantisper moueri dum essentialem suam sit assecuta formam. Ex his omnibus tandem

concludit

concludit metalla rectè in perfecta & imperfecta diuidi non posse, neque aurum aliis præstantius ac perfectius, etsi splendidius & temperatius, vlio modo dici debere: quæ omnia nunquàm manca & futilia, nobis sunt confutanda. Atque vt omnia debito ordine persequamur, aurum ipsum à veris Philosophis perfectius cæteris metallis ac præstantius & purius meritò dici, nobis est demonstrandum, vt hinc concludamus, metalla imperfecta & imperfecta à Chymicis non sine ratione distingui. Ergò vt nitar etiam authoritate Agricolæ, à quo præsertim Aubertus ista sua omnia deprompsit: is certè non solùm splendore, sed & colore, sapore, odore, pondere, ac potestate differre inter se metalla scribit lib. 5. de ortu & causis subterraneorũ: & præcipuè de splendore (quem tu Auberte in auro & argento etiam adesse confiteris) verba faciens, inquit: Sed quò humor ipse « fuerit subtilior, densior, & purior, eò metal- « lum est nitidius & splẽdidius: qua de causa et- « iam hac parte cæteris præstat aurum. Cuius « auri præstantiam ipse etiam Agricola quærit in differentiis odoris, saporis & ponderis. Imperfecta enim metalla, quùm se in liquorem induerint, amara gustu percipiuntur, vt æs & ferrum. Amaritudinis autem causa est terra adusta, quam ea metalla participant, vt ipse

Agricola testatur. Reliqua verò propter terram puram aut aquam vberiorem, non admodum sensili sapore liquores afficiunt: imò subdulci, vt aurum & argentum. Quinetiam quùm ipsi auro terra inest purissima, & optimè cum sua aqua temperata, fumum perexiguum, vixque sensilem quùm vritur, ex se emittit, & dulcem magis quàm fœtidum. Præterea addit Georgius, auro, dum igne purgatur, excrementum quasi nullum inesse ob puritatē, reliquis multum: sed eò plùs vni quàm alteri, quò fuerit impurius. Est etiā auri præstantia in ipsius vi ac potestate inuestiganda, quòd præter ipsum & lunam, cætera in cineritio & copella in fumum euanescant, ac violētia ignis intereant: quod illis accidit, prout terra minus pura, minusque bona temperatio in ipsis reperitur, atque id vni quàm alteri citiùs, vt ferro accidit, propter terram impuram, quæ multa ei inest. Sed quùm aurum vnicum nullo igneo ardore consumi possit, vt inquit Aristoteles, nihilq; amittat sui ponderis, si aut exuratur aut examinetur: terram ipsum habere purissimam, & optimè cum sua aqua commixtam oportet: vnde fit illius vt terra arceat, & contineat humorem, ne eum expiret: contrà humor, tueatur terram ne accendatur, vt inquit Agricola: quod fit vt alij volunt, ex sicco & humido subtilissimis, & non

1 Meteo. cap. 6.

non habentibus aliquod impurũ admixtum. Hac ratione aurum ſecundũ naturam rerum eſt purius reliquis metallis, & illa pretio ſuo vincit, quia ſimpliciſſimum & puriſſimum metallum eſt, & ab imperfectione elementorum propter ſuam formam remotiſſimum. Sic Plinius, vni rerum, inquit, nil deperit auro, igne: quod & cecinit Poëta, vt ex ſuperioribus videre eſt. Atque ex his colligere licet, inter omnia metalla vnum eſſe aurum, non ſolùm ſplendidiſſimum, temperatiſſimumque, ſed & perfectiſſimũ, cuius reſpectu cætera metalla merito imperfecta dicantur. Nã ſemper tendit natura ad ſolam perfectionem, nẽpe ad auri confectionem, quod ſolum inter metalla dicitur perfectum. Nullũ enim agens naturale, vt dicũt Philoſophi, deſiſtit ab actione in ſua materia, nec ſeparatur, niſi cum introductione formæ in illa materia. Ergò quãdiu agens eſt coniunctum materiæ, vel agit in materiam, id dicitur imperfectum, quoniam perfectio rei nõ eſt, niſi per introductionem formæ. Quùm igitur in omnibus metallis aqua quædam viſcoſa, quam argentum viuum Philoſophi Chymici propter conformitatem appellant, ſubiiciatur loco materiæ, & ſulphur, quod ita quadam ſimilitudine vocant, agentis & introducentis formam in illa materia, non poterit aliquod metallum dici per-

Lib. nat. Hiſt. 33. cap. 3.

fectum, nisi à quo separatum fuerit ipsum sulphur. Sed quoniam reliqua metalla habent admixtum prædictum sulphur, in materia quo perimuntur, denigrantur, calcinantur, & comburuntur, (quod illis accidit solùm propter illam exhalationem siccam, nempe sulphur, quod sit materia apta ignitioni) hac de causa imperfecta omninò dicuntur. At è contrario, quoniam solum aurum est omninò ipso sulphure expoliatũ, quod satis per se denotat auri & argenti viui affinitas: (omnia enim, vt scribit Plinius, ei innatant præter aurum, quod vnum ad se trahit) hac ratione est immune ab omnibus istis corruptionibus, & in igne, & extra ignem. Meritò autem dicitur solum perfectum & formatum secundum primam & veram intentionem naturæ: completum, quia peruenit ad vltimũ finem in quo completur: purum, quia agens non est immixtum materiæ, sed ab ipsa separatum.

Lib. Nat. Hist. 33. cap. 6.

„ In hanc sententiam hæc scribit Aristot. Met.
„ 3. cap. vltimo, de metallis verba faciens. Quo-
„ circa inquit, & terrã in se continent & vrun-
„ tur omnia, quod siccam exhalationem ha-
„ beant. At aurum vnum omnium nequaquam
vri solet. Sed his non contentus rationibus, respondebit Aubertus: Quæcunque essentialem sunt affecuta formã, ea perfecta esse necesse est: metalla autem singula suam substã-

tialem

tialem habere formam, præter bardum aliquem ciniflonem, neminem negare dicet, & hac ratione omnia etiam esse perfecta concludet. Sed huic obiectioni respondere nobis satis erit facile: Nam illæ res quidem quæ perstant in natura sua, perfectæ dicuntur in sua specie per suam formam substantialem: sed quædam perstant natura in sua specie, quæ tamen perficiuntur quoquomodo per suam formam substantialem, ad quam est quidam terminus motus, sed quia feruntur ad aliam substantialem formam vltimam, quæ omninò rem ipsam complet ac perficit: ideò dicuntur esse imperfecta, quamdiu sub illa prima forma permanent, habita ratione vltimæ illius ad cuius assequutionem contendunt. Quòd si non habeatur ratio vltimæ illius formæ, sed in se solùm considerentur, sunt sanè perfecta in illa sua specie, per illam suam formam substantialem, prout exigit illa species. Hoc in generatione ouorum omnes vident, in qua est quidam terminus motus in acquisitione suæ formæ substantialis, quæ sic permanet. Sed quia ipsa ouа sunt eò destinata à natura, vt non permaneant sub illa forma, sed ad generandam auem, & ita fit acquisitio substantialis formæ vltimæ: ideò dicuntur ouа esse imperfecta sub forma oui, perfecta autem res illa est post generationē auis, cùm

ibi fit finis ouorum vltimus. Hoc quoque est de metallis iudicandum, quæ licet quandam sint assecuta in sua specie essentialem formã, non possunt tamen dici perfecta, habita ratione auri, quod solum, vt diximus, perfectũ est, quinperuenerint ad finem illum vltimum & absolutum, nempe ad ipsius auri perfectionem, & aurum euaserint. Et quemadmodum in generatione embryonis fit comparatio animæ vegetabilis ad sensibilem, & sensibilis ad rationalem, quia illæ sunt sicut dispositiones ad rationalem, & non sicut formæ, sic imperfecta alia metalla ad aurum se habere videntur. Itaque Chymici Philosophi meritò diuiserunt metalla in perfecta & imperfecta. Nam quamuis metallorum differentia sit in forma ipsa, non erit tamen propriè differentia speciei, sicut equi & hominis differentia, sed sumetur magis propriè penes materiam & partes eius, scilicet secundum digestum & indigestum, completum & incompletum, quùm illa sint eiusdem propriæ materiæ penitus, sed indigesta & incompleta, determinata ad aurum. Quòd autẽ ferrum, quia magis vsui hominum commodet, nobilius idcircò auro iudicat Aubertus, id opinor, ne Medicis quidem vilis quantumuis indoctis, aurum tamen non ferrum captantibus persuaserit. Sed de auri præstantia & perfectione satis

satis à me dictum puto. At quoniam diximus omnia metalla eiusdem esse materię proprię, quamuis non pariter in omnibus digestæ, qua in re vertitur quæstionis cardo, iam ad materiam illam metallorum perquirendam accedendum. Metallorum, quemadmodum & reliquorum mixtorum corporum, duplicem constituunt materiam Philosophi: vnam generalem & remotissimam, quæ sumitur ex elementis, tanquam ex omnium rerum primariis, ex quibus vt simplicissimis constant, & in quæ simplicissima resoluunrur. Horum autem elementorum qualitates virtutesque tantùm in se mutuò transire, omninoque miscere, Peripatetici in Stoicos contendunt: qui ipsorum substantias totas esse totis permixtas contrà affirmare conantur. Sed missis lubricarum opinionum istis fluctibus, ad tutum & tranquillum portum nos recipimus, & in hac re Auberti comprobamus opinionem, existimantis in mixtis non essentialiter aut actu, sed potestate subsistere elementa: quod Galenus testatur lib. primo method. medendi, vbi elementa suis qualitatibus duntaxat tota totis misceri scribit. De secunda verò ac propria ipsorum materia, non vna, sed longè diuersa est etiam multorum Philosophorum opinio. Alij enim halitum humidum, materiá metallorum proximam dixerunt, vt Aristote-

les: nonnulli aquam ab aliis elementis affectam, quod Agricolæ placuit, cuius opinioni assentitur noster Aubertus: alij cinerem aqua madefactum. At Chymici, quorum opinionem Aubertus peruertere conatur, argentum viuum ipsorum materiam dixerunt: addiderunt nonnulli sulphur. Quæ omnes opiniones breuiter ac diligenter nobis sunt examinandæ, vt res clarior euadat, & immeritò Aubertum & aliòs in tot præclaros Chymicos Philosophos irruisse omnes intelligant. Aristoteles Philosophorum facilè princeps, eorum quæ fiunt intra terram & suprà, potestate ac vi cœlesti, duplicem constituit materiam, halitum videlicet & vaporem; quorum mixtione in terræ penetralibus fieri & nasci omnia censet: eaque pro diuersa natura materiæ bifariam distinguit, nempe in fossilia & in metallica. Fossilia sic dicuntur, quòd fodiantur è terra, & similia sint terræ effossæ, nec sunt liquabilia, vt lapidum genera, quæ ex sicca exhalatione ardore incensa, & humidum suo calore consumente, & quodammodo adurente conficiuntur. Alia sunt metallica, quorum quædam sunt fusilia aut liquabilia, quòd plus accedant ad naturam humidi quàm sicci, vt plumbum & stannum: & ita appellãtur quòd faciliùs liquentur, quàm ducantur. Ductilia verò contrà, quæ maiori

3. Met. c. vltimo.

cum

cum difficultate fundantur, vt ferrum: quorum proxima materia est halitus vaporosus, qui frigore cogitur & concrescit in metallum secundum sententiam Aristotelis, quem tamen noster Aubertus credit reprehensione dignum. Nam, inquit, in rerum natura accidere haud quaquam id potest, vt ab vno extremo contrariove in alterũ sine aliquo medio fiat transitus. Constat autem contrariis prędita esse qualitatibus tùm metalla, tùm halitus, quòd hi tenuissimi, illa verò sint crassissima. Hinc concludit in metallorum ortu, halitus vapores q; necessariò priùs in humorẽ cõcrescere, quàm in metalla indurescere. Hæc ille ex Agricola deprompsit. Sed immeritò reprehensum Aristotelem defendit satis superque vir longè doctiss. Iacobus Schegkius comment. suis in l. b. meteorõn Arist. vbi docet alium esse halitum siue vaporem ex quo aqua concrescat, & alium ex quo metalla: quùm etiam alius sit ex quo pruina. Ponderosior enim & grassior est interdum, quàm is sit ex quo aqua. Qua ratione remotionẽ proponunt metallorum materiam, qui aquam illam esse dicunt, quàm qui halitum: quũ magna pars μετεωρῶν ex his halitibus & vaporosis materiis, caloris vi ex aqua & terra excitatis gignantur: quũ fœcunditas terrę & aquę nulla sit absq; calore. Calor enim tanquam pri-

Lib. 5. de ortu & causis subterr.

mam sobolem & fœtum, procreat duo hæc, in quorum natura parentum vigor, quatuor nempe elementorum repræsentatur, & conspirat genitalis quodammodo vis eorundem, qualitatibus duabus masculâ vi agentibus, cæteris verò duabus quasi fœmineis patientibus: vtriusq; verò tanquam patri temperationi cœlesti obedientibus. Vnde procreari in anima hæc consueuerunt instrumẽto qualitatum primarum. Illud autem sensu ipso percipi potest: offerunt enim sese tam crassi vapores subterraneis in locis interdum, vt respirare fodientibus non liceat, atque interdum etiam propter crassitudinem, teste Galeno, suffocentur. Quòd si tam crassi sunt, quis credet contrariis prædita esse qualitatibus tùm metalla, tùm halitus, quominùs etiã sine altero medio in solidã metallorum materiam concrescere possint, quemadmodum & pondorosus vapor in pruinam? Deinde si ære pluisse & ferro, ac in superno aëre lapides etiam ac talia illa corpora concrescere & procreari, innumeri testãtur, quomodo tandem hæc ex aqua & terra potiùs generabuntur, quibus commorandi in aëre locus nõ est, quàm ex halitu & vapore, qui & pene rare & consistere illic tenuitate & calore possunt. Quare metalla ex halitu potiùs quàm ex aqua oriri certum est: qui halitus, quoniam crassus

crassus est, facilè etiam concrescit. Sed quid plura de his? quùm omnia ex iis oriri in quæ vltimò reducantur omnibus Philosophis constet? Metalla autem omnia præter duo perfecta, quæ ob maiorem decoctionem, compactam magis ac fixam habent materiam, nonne in halitum aut vaporem reducuntur, & in examine cineritij, & copellæ omnimodò in auras euanescunt? in fumum equidem, non qui conuertatur in aquam, aut qui madefaciat, sed crassum, propter terreum admixtum, & qui frigore concrescat, & inspissetur. Quod certa experientia quotidiè cerni à pyrothecnicis & facilius etiam à Philosophis suis sublimationibus, percipi potest. Hoc ipsum probant Tutia, Cadmia, Pompholyx, & reliqua huiusmodi, quæ ex vaporibus metallorum sublata, parietibus fornacum adhærent, & in ipsis fodinis crassos eos esse denotant, nec aquam vllo modo repræsentant. Obmutescat ergò cum suo plumbeo argumento Aubertus, qui Aristotelis sententiam proscindere conatus est, nec de sibi ignotis temerè iudicet, expertis credat, ac crassissimos existimet esse eos vapores, è quibus metalla primò concrescunt, & sine altero medio indurantur. Propugnato Aristotele, quam de cæteris doctiss. viris ac Philosophis ferat sententiam, videamus. Al-

berti Magni, Geberi, reliquorumque carbonariorum (hoc enim nomine summos illos viros præclarus hic noster censor exornat) sententiam Aubertus in eo refellit, quòd metallorum proximã materiam argẽtum viuum & sulphur esse dixerint, illosque à recta via aberrare nonnullis argumentis ostendere conatur. Primò quòd ad argentum viuum attinet, metallorum id esse materiam propriam dicit non esse verisimile, quòd in duritiẽ concrescere non possit. Egregium sanè argumentum, & dignum quod à suo authore toties repeteretur, cui tamen iam à nobis suprà respõsum accepit. Dicit concrescere non posse, quòd sit aëreæ substantiæ, argentum viuum: Atqui vaporem quem suprà ex Aristot. concludimus proximam esse metallorum materiam, quis aëreum esse respectu aquæ non fatebitur? & tamen eum concrescere posse quis inficiabitur? Aëreum igitur fateor esse argentum viuum, quod idcirco Philosophorum multi metallum nõ (nisi potentia) esse cẽsuerunt. Sed ita tamẽ aëreum esse dico, vt vaporem emittat crassissimum, quique frigore cõcrescat, vt videre est in mercurio sublimato, & multis aliis ipsius præparationibus, quibus fumos & vapores emittit, nõ ita tamen aëreos, quin condensentur. Sed quid dices de ipsis metallis imperfectis, quę vt iam suprà monui-

mus,

mus, dū examinantur, in fumos & auras euanescunt? quid denique de illorum materia & forma in nihilum redacta? nonne vaporem crassum, quem nos dicimus argentum viuum, ipsorum materiam fateberis, quùm in ipsum tandem metalla reducātur? Sed ex Aristotele hæc adfert Aubertus: Quæ ad aquā pertinent, si plus aeris in se contineant quam aquæ, concrescere non possunt, vt oleum & argentum viuum. Metallorum autem materiam in duritiem cogi necesse est, alioqui metalli formā non induerent. Eorum ergò materia non erit argentum viuum, quùm in duritiem haud quaquam concrescere possit. Sed hoc argumentum nihilò est efficacius priori: Pro concessis enim ponit, quæ nec ipse priùs aliquomodò probārit, & quæ iā nos negauimus. Nā dedimus quidem illi argentum viuum aereæ esse substantiæ, concrescere verò ideò nō posse negamus: quùm vapores contra ipsius sententiam concrescere demonstrauerimus. Et quidem Aubertus arte indurescere haud negat, sed in duritiem aut formam metallicam cōcrescere siue arte siue natura nō existimat. Quasi verò existimare, sit rem demonstrare. Argētum igitur viuum metallorum esse materiam negat, causa verò quam affert, nempe quòd sit aereæ substantiæ, nullius est momēti, siquidem vaporem esse aereæ substantiæ

respectu aquæ, & nihilominùs tamen proximam materiam metallorum ex Arist. ostendimus. Itaque aërea sunt distinguenda: nam quæ prorsus ac simpliciter aërea sunt, à prædominio non possunt coagulari, neque à calido, neque à frigido, quòd ipsorum humiditas aërea exsiccari non possit deficiente terrestri, qua ratione etiam ipso supernatant aquæ, teste Aristotele, vt oleum: & facilè inflammantur, quòd sint materia ignis, vt ipsum oleum, & ligna etiam quæ supernatant aquæ præter ebenum, quod terrestrius sit, vt ex ipsius pondere iudicari potest. At argentum viuum nec inflammatur, nec ignis est materia, imò ipsi instar aquæ aduersissimum: nec leue est, imò ponderosissimum, vt in ipso etiam supernatent metallorum omnium solidissima quæuis corpora, vno excepto auro propter, amborum maximam affinitatem: ex quibus constat alterius ipsum esse substantiæ quàm simpliciter aëreæ, olei instar. Ad huius igitur argenti viui similitudinem metallorum materiam proximam dixerunt Chymici Philosophi, ipsum esse argentum viuum generatum ex valida commixtione primæ omnium materiæ metallorum, ex humido videlicet viscoso, incombustibili incorporato terrestri subtili, æqualiter & fortiter commixto per minima, in cauernis terræ

terræ mineralibus. Huic verò ſagax natura (quùm materia ſeipſam non producat in eſſe) adiunxit agens proprium, nempe ſulphur, quod nihil eſt aliud, quàm pinguedo quædam terræ in fodinis propriis generata, ac per temperatam decoctionem condenſata, vt illud ipſum argentum viuum degerendo & coquendo in metalli formam conuertat: Itaque ſulphur iſtud ad argentum viuum ſic ſe habet, ſicut maſculus ad fœminam, & ſicut proprium agens ad propriam materiam. Non quòd hoc argentum viuum, & hoc ſulphur, vt ineptè quidam putant, in ſua natura per ſe in fodinis reperiantur, ſed quòd ſint hæc iam à natura commixta, & in naturam terræ longiſſima concoctione redacta. Et hæc quidem eſt materia propinqua metallorum, quemadmodum in generatione hominis, cibus eſt propinquior materia quàm elementa, ſanguis, quàm cibi ipſi, & ſperma adhuc ſanguine ipſo eſt propinquius, tandemque continuata digeſtione materia recipit formam hominis. Sic quùm ex quatuor elementis tanquam ex generali & prima materia, metalla fieri primò dicentur, hoc etiam ordine diſpoſito fiat neceſſe eſt, videlicet vt ex iis elementis fiant vapores, ex vaporibus aqua viſcoſa (quæ eſt adhuc materia propinquior vaporibus ipſis, ne Ariſtot. patrocinando nobis

ipsis contradicere putet Aubertus) & grauis immixta terræ tenuissimę sulphureæ, quæ dicitur argentum viuum, ex quo tanquam propinquiore materia mediante mixtione & actione sulphuris extrinseci, fit aurum, vel metallum aliud secundū maiorem aut minorem digestionē ipsius naturæ. Nam vt scribit Philosophus Metaph. 6. Quando aliquid fieri ex aliquo dicitur, fit aut ex medio & imperfecto extremū & perfectū, vt ex puero vir: aut ex extremo extremū, vt ex aqua, aer. Sed age, redeamus ad nostrū Aubertū: Is sulphur etiā metallorum materiam esse non posse scribit. Verùm audiamus quibus rationib. hoc probet. Illud, inquit, secundum Aristotelem, ex halitu calido vnctuoso & sicco nascitur: metalla verò ex alio halitu calido humidoque & parū vnctuoso generantur. Bellū certè sed sophisticum argumentum, quo ex iam impugnatis à se opinionibus, sua probare nititur. Recordetur ergó, se priùs halitum contra Aristotelem, materiam non esse metallorū affirmasse: Nunc autem cōfiteri metalla ex ipsis halitibus generari. Ergò ipse sibi contradicit, vt illi mea refutatione non sit opus. Addit vt sententiā suā probet, sulphur humore molescere instar salis: metalla verò solo igne forti liquari. Sed ex falso antecedēte non potest valere consequens; Nullo enim modo solutur

sulphur

sulphur in aqua, sed calore liquefit instar plũbi: & hoc saltem priùs experiri debuerat, rerum subterraneacum noster perscrutator, quàm vsque adeò audacter quod falsissimum est, asserere. Cõtorqueri igitur telum illud in ipsum potest, quod in Chymicos se cõiecisse arbitrabatur. Sed enim aereę & igneę sulphur dicit esse substantiæ: ideoq; ipsum coagmentari cogiq́ue non posse: Ego verò contrarium suprà demonstraui. Quare non est quòd aliud à me responsum expectet, quùm neque nostram coarguerit sententiam, neq; suam firmis rationibus demonstrarit. Cæterùm vel illud vnum sufficit, quòd omnes sapientes Chymici clamant, nempe sulphur hoc, quòd vocant, non esse sulphur illud vulgi: quod comburit combustione nigredinis & adustionis, & cõburitur: quùm eorum proprium sulphur albificet, rubificet, coagulet, perficiat denique argentum illud viuum Chymicum, etiam vulgo ignotum, in substantiam auri secundum naturam, aut lapidis Philosophici & auri secundum artem. Hoc est verum sulphur occultum, vnicaq́ue tinctura, & vmbra solis, & coagulum proprium argenti viui sui, quod diuersis nominibus & suis inuolucris & ænigmatibus Philosophi adumbrârunt. Ex quibus patet Aubertũ toto aberrare cœlo, omnibusq; modis quũ de sulphure sibi incognito

loquatur, meritò repudiandum: neque fuisse lacessendos Philosophos Chymicos, quòd dicant argentum viuum & sulphur, materiam esse metallorum, vt qui de argento viuo & sulphure non vulgaribus hoc intelligant. Sciunt enim hæc de quibus loquuntur, in metallorum fodinis in ipsa natura sua non reperiri, sed ex his ambobus aiunt fieri quoddam tertium commixtum, vt iam diximus, obtinens naturas, proprietates, & virtutes ipsorum, vt ex eo possit generari vnumquodque metallorum pro ipsius compositionis, digestionis, & loci diuersitate. Hæc sufficient de metallorum proxima materia, quam Aubertus esse vult aquam, ab aliis elementis affectam: sed causam cur ita sentiat, obticuit, dicere contentus hoc ab aliis fuisse proditum, siue in alienis scriptis à se repertum: quæ vox certè est hominis qui alterius fide, non autem ratione sententiam suam demonstret, quod veri Philosophi solent. Sed iam ad se nos vocant effectrices causę, quas constituunt Philosophi duplices, totidemque patibiles. Calor enim & frigus dicuntur ab Aristotel. ποιητικὰ, quòd vim habeant ad mouendum: humidum verò & siccum παθητικὰ, quorum causa, res perpeti magis aliquid, quàm agere solent, dicunturque affici à prioribus qualitatibus tanquam à nobilioribus, ac natura eminen-

eminentioribus, & quorum efficacitate forma in rebus procreetur. Materia enim non per se cognoscitur, sed propter mutationem, quæ nulla esset solet sine perpessione, quemadmodum nec ipsa sine tactu, quæ per σύμφυσιν & concretionem, ac per introductionem actus & formæ aboletur. Cæterùm obseruandum est ex mixtura sicci & humidi, imprimis concreta dici corpora, deinde mollia aut dura: Quorum concretorum triplex est differentia. Nam vel est humor aqueus qui concrescit, vel est siccum quiddam terrenum, vel mixtum ex vtrisque. Hæc etiam aliâs funduntur, aliâs siccantur, aliâs humectantur, aliâs mollescunt. Incoagulabilia sunt autem, quæ sicca sunt & ignea, vt mel & mustum: & quæ sunt humida aërea à prædominio, vt oleaginosa. Quare hæc etiam non sunt elementa, neq; materia istarum perpessionum. Corporum autem quæ concrescunt & indurantur ex Arist. alia ex calore ita afficiuntur, alia à frigore: A calore quidem humorem exsiccante, à frigore verò calidum exprimente. Quæ igitur coagulantur à calido per absentiam humidi, soluuntur à frigido, quod humidum iterum ingredi facit, vt sal. Quæ autem caloris priuatione concrescunt, soluuntur à calido iterum ingrediente, vt metalla. Quicquid enim dissoluitur liquescens, aut

igne liquescit, aut aqua. Quæ liquefacit aqua, cõcreta fuerint à calido siccoque, id est igneo calore, oportet: quæ verò liquefacit ignis, aut quorum cõcretionem aliqua ex parte soluit, (vt cornu) à frigore coalescunt: siquidẽ contrariorum effectuum cõtrariæ sunt causæ. Et quoniam calore liquescũt metalla, illa etiam frigore tanquam causa effectrice primò concrescant, necesse est: de quo Philosophorum Chymicorũ nullus dubitat, quanuis, vt loquitur aliquando Aristoteles, experientia cõtrarium nobis demonstret: sal enim etiam calore concretum, igne ipso solui potest & liquefieri, vt sum sæpius expertus, diciturque illud sal fusibile. Neque Albertus Magnus summus Philosophus reprehendi debuit à nostro Auberto quòd vim metalla efficiendi referat ad calorem, quùm de solo calore minimè intellexerit Albertus, vt ipse putat. Sciendum est igitur teste Aristotele, res causa frigoris pati magis dici, quàm agere: quia videlicet frigus est proprium patientũ elementorum, nempe aquæ & terræ, quæ ambo natura sunt frigida. Etenim non aliunde recipiunt frigus quemadmodum calorem, sed remotione caloris suapte natura refrigescunt, nec refrigerantur externa causa, sicut aër & ignis. Quare licet frigus in mixtis vim efficiendi obtineat: ad corrumpendum tamen magis valet, quàm ad gene-

generandum. Idcircò non ita reprehendendi sunt Chymici, etiãsi dicant naturã ad procreationem metallorum egere subterraneo calore, tanquam effectrice causa efficaciori, qui misceat, mutet, disponat, digerat, ac coquat ipsorũ materiã, ac tandem longo tẽporis protractu, ipsam in aurum informet, tãquam in vltimum finem. Neque eos etiam criminari in eo oportuit, quod vim aliquã ad corporum cœlestium influxum referãt. Illorum enim sententiam confirmat Arist. lib. de cœlo & mundo, & lib. de causis proprietatũ elementorũ, his verbis: Quia prima, inquit, principia mouentia ad generationem, & introductionẽ formæ in vnaquaque re, sunt stellæ & corpora supercœlestia per motum & lucem. Ipsa enim sunt, quæ primo mouent mota ab intelligentiis, ad naturã generationis & corruptionis perficiendam ad conseruationẽ specierum, & ab iis datur forma, & perfectio, & vt vult alio loco, sol & homo hominem generant. Neque ex hac ratione rectè concludit Aubertus Chymiæ artẽ vanam esse, si vi stellarum coalescant metalla, quũ Chymicis hac vi cœlesti frui non liceat. Credunt enim illi cum Philosopho, si motu & luce corporum cœlestium, ipsorumque situ ac aspectu, introducuntur formæ in inferiora, idem per consequens & in metallis contingere.

Sed id fit tanquam ex causa generali ac valdè remota: propinquiorem enim, vt diximus, habent alteram efficientem causam, nempe calorem, cuius vi metalla concreta in visceribus terræ disponuntur, digeruntur, ac perficiuntur. His ergò explicatis videndum quò tendat Aubertus, & quinam sit vltimus ipsius scopus. Chymistarum laborem cassum ac irritum esse vult, quem in perficiendis metallis ipsi suscipiunt: negatque æs, stannum, ferrum, aut plumbum (quæ imperfecta ab ipsis dicuntur) vlla arte perfici, conuertique in aurum & argentum posse. Ac primò quidem, inquit, constat illa quatuor metalla esse perfecta: Imò verò nos imperfecta esse paulò antè demonstrauimus multis de causis: neque negari potest, quin arte & leuiori præparatione, in sua specie illa perfectiora & præstantiora reddantur. Rectè igitur Arist. 4. » Meteor. cap. 6. Sed ferrum quoque inquit, » elaboratum liquatur, ita vt humidum fiat, & » rursus concrescat. Nec secus chalybem face- » re consueuére. Ferri namque fæx subsidet, at- » que in imum secernitur: vbi autem sæpe de- » fæcatum fuit, ac purum, mundumque euasit, » fit chalybs. At ferrum eò præstantius est, quò minùs habet excrementi. Sed missam faciamus authoritatem, quùm rationibus Philosophicis hoc ipsum anteà satis euicerimus, quibus satis

bus satis superque solum aurum perfectum esse commonstrauimus, cætera verò omnia, imperfecta. Addit prætereà Aubertus, vt impossibilem reddat transmutationis artem: Ea quæ arte perficiuntur & formantur, artificialia esse, metalla autem nominis notione ac essentiæ definitione, naturalia esse, Mineralia enim sunt, inquit: Illa autem à solo naturali principio ducuntur, ergò naturalia sunt, idque ex Aristotele. Naturalia enim effectionis suæ principium in se habent: quæ verò per artem efficiuntur, minimè, sed extrinsecus & ab aliis obtinent. Addit vt summatim absoluat, arte nullam naturalem indi formam, ex quo metalla nulla haberi artificialia concludit. Age igitur nostrum est officium ista euertere, vt tandem veram esse Chymicam artem demonstremus, quæ naturam ipsam imitando metalla transmutet. Diximus suprà ea dici imperfecta, quæ sunt in motu ad eam formam ad quam vltimò destinatur: perfecta autem, quùm peruenerunt ad finem motus. Et quoniam solum aurum ad vltimum terminum motus peruenisse, & formatum secundum veram naturæ intentionem iam nos ostendimus: ideò ipsum solum perfectum, reliqua verò quæ sunt in motu ad formam auri, imperfecta esse concluſimus: quorum tamen perfectionem ipsa natura semper

perſequitur in ſuo ſinu, vt illa tandem, ſed longo temporis protractu in aurum conuertat. Hoc autem poſſunt metallici effoſſores teſtari, qui in centum pondo plumbi, reperiunt aliquot vncias argenti optimi, quod illis pro maximo lucro habetur. Sed & in fodinis nonnullis eris, inuenitur quoq; aurum, ſic & in argentifodinis: quod vbi compererunt iſtarum rerum periti, vel quoties argentum imperfectum inueniũt, propter indigeſtionẽ, fodinas occludere conſueuerunt, ſuadentq; ne vt per triginta annos aut plures ita dimittantur, donec fiat perfecta concoctio à calore

Hiſt. li. 3. cap. 4. ſubterraneo. Sic etiam ſcribit Plinius, in auro ipſo argentum vario pondere ineſſe, alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. In vno tantùm inquit Gall. metallo, quod vocãt Albicrarenſe, viceſima ſexta portio inuenitur, ideò cæteris præeſt, quod fit ſecundum minorem aut maiorem naturæ digeſtionem, vt coniicere licet. Cùm enim eſt completa digeſtio, tunc aurum inuenitur obrizum, puriſſimũ, & verè perfectum. Ex quibus patet metalla, quanuis ſint in quodam termino motus, non tamen eſſe in vltimo, ipſaque in via & tranſitu eſſe ad aurum tãquam ad ſolum perfectum. Vbicunque etiam aliqua inuenta eſt

Hiſt. lib. 33. cap. 6. vena metalli, non procul inuenitur alia: vnde etiam metalla Græcis ex Plinio videntur dicta

cta esse, quasi μετ' ἄλλα, quòd alia post alia inueniantur. Sed dicet in hanc sententiam Aubertus, si per vlteriorem decoctionẽ imperfecta reducantur in aurum à natura, cur non expectatur à fossoribus illud tempus, præsertim cùm si hoc cõtingeret, multò vberiorem ex ea re quæstum sint habituri? Respõdemus, quædam esse quæ metallorum generationem diuersam faciant, non solùm in specie, sed proprietatibus & accidentibus secundum regiones & loca in quibus oriuntur. Quemadmodum & diuersificantur animalia, vt scribit Aristot. 6. de animalibus. In Ægypto enim scorpiones non sunt venenati, aliis in locis contrà: & triticum temporis spatio secundum ipsa loca degenerat in siliginem, contraque siligo in triticũ. Sic de metallis dicẽdum, quæ quamuis destinata sint à natura ad finem illum, nempe vt fiant aurum: tamen pro regionum & mineratum diuersitate, ipsarumque corruptione, quædam possunt ad suum perfectionis gradum perduci, vt fiant aurum: quædam remanent in tramite imperfectionis, secundum etiam diuersitatem digestionis & depurationis. Debiliore enim calore, natura quædam coagulat indigesta, vt plumbum & stannum: quædam adurente ac superfluo calore, vt æs & ferrum; quoddam cõtrà propter ipsius caloris penuriam & agentis

defectum non concreſcit, vt argentum viuum. Lunam denique calore ſatis temperato, longè verò temperatiſſimo Solem, ipſa natura producit, minimè egentem aliqua operatione qua perficiatur, vt qui ſit aſſecutus vltimum finem & complementum. Nam, vt inquit Ariſtoteles ſecundo de cœlo & mundo: Bonum complementum illud vnum eſt, quod non indiget operatione, qua fiat bonum; & perfectio omnis rerum eſt in eo poſita, vt ſuſcipiant vltimum illius complementum. Quoniam ergò imperfecta metalla non peruenerunt ad illum vltimum finem perfectionis, & complementum propter cauſas prædictas: ideò indigent operatione artis, cuius auxilio naturam ipſam imitando, illa tandem perficiantur, ac vltimum finem aſſequantur, ad quem ordinata ſunt à natura, nempe vt fiant aurum. Nam vt ſcribit Philoſophus ſecundo Phyſicorum: Omnimodò quidem ars aliqua perficit, quæ natura non poteſt operari, alia verò imitatur. Sic arte adiuta natura, flores fructuſque ſuos arbores producunt, etiam hyberno tempore in regionibus frigidis, quòd ex ſe ſola nequaquàm præſtaret natura, vt videre eſt Heydelbergæ in hypocauſto Comitis Palatini, & multis aliis in locis. In toto autem Chymiæ opere, quod naturam omninò quieſcere, & ſolam

artem

artem subiectum mouere dicit Aubertus, falsissimè dicitur. Nam ratione naturæ agentis, Chymia est opus naturale, siquidem materia illud ipsum est, quod decoquendo appetit, retinet, digerit, expellit, permiscet, corrumpit, generat & informat, præcepto Dei Omnipotentis, suo tempore lapidem, cum quo natura informat metalla per ipsam permixionem. Ratione autem ministerij, Chymia, fateor, est opus artificiale, non quòd ea corrũpat, generet ac informet, sed hactenus solùm quod hoc totum subministret naturæ operãti, quod sola per se aliâs efficere non posset. Natura enim ad generandum aurum dupliciter modo operatur, vno, per se & primò, quũ in mineris propriis & ex suis principiis aurum generat, quo modo impossibile est artẽ imitari naturam. Secundò operatur per se, sed non primò, videlicet quia primò generat aliquod imperfectorum ex iisdẽ principiis in sua minera, ipsumque vltimò conuertit in aurum: quo modo ars ipsam sequitur naturam, in eo quòd ex imperfectis metallis, sicut & natura ipsa, aurũ tandẽ procreet. Ex his patet aliquid ex aliquo fieri dupliciter, scilicet mediatè, & immediatè, cùm secundum Arist. lib. 9. Meta. plures possint esse materiæ eiusdem rei, nempe mediata, & immediata, quanuis oporteat mediatam materiam vltimò reduci ad im-

mediatam : alio enim modo ex materiis diuersis res diuersæ producerentur. Quoniam igitur ars mediatam & immediatam eandem assumit materiam, quam & natura, illamque mediatam vltimò ad immediatam reducit, vt & ipsa natura, habetque vnum & idem agens, quod ipsum argentum viuum expoliet, ac tandem ipsum transformet: & si artis idem finis ac naturæ, nempe vt ex vnione istius formæ cum sua materia aurum tandem generet: non dubium est artem, naturam ipsam imitando, in omnibus eximperfectis perfectum metallum conficere posse, quemadmodum & ipsa natura conficit, vt suprà diximus. Quorum cùm causæ sint omnes eædē, necessariò & ipsa eadem esse, eosdemque producere effectus est necesse. Neque eos cēseo excusandos, qui subiectum Chymicorum Philosophorū quærunt in vegetabilibus: Illorum enim operatio est inanis, quoniam non potest fieri generatio, nisi ex proximis cōuenientibus & immediatis. Alij in rebus animalium operationes suas impendunt, præsertim in ouo, quòd opus suum, quadam moti similitudine ouorum, Chymici Philosophici ouum appellarint: dixeruntque ipsum ouum, quemadmodum & elixir, quatuor elementa continere, cuius corticem terram appellant: pelliculam, aerem: albumen, aquam: & vitellum,

lum,ignem.Sic etiam iidem Philosophi lapidem suum ænigmaticè dixerunt vnum esse in tribus,& tria in vno, quòd in se cõtineat corpus quod stat,animam quæ viuificat, & spiritum qui tingit. Hæc ænigmata qui non intellexerunt, sibi persuaserunt ouum esse Philosophorum lapidem, quòd tria in vno contineat,nempe corticem, vitellum, & aquam, ideoque tandem concluserunt, ouum esse vnicam illam materiam à Chymicis requisitam, non minùs quidem decepti quam alij, non animaduertentes minimè quadrare hanc materiam educendo inde metallo. Homo enim hominẽ generat,& bestia,bestiam. Hoc quia expertus est suo cum detrimento (vt accepi)bonus Aubertus, qui ova Philosophicè decoquendo, centenos aliquot decoxit aureos, cauillatur artem, quasi illum fefellerit: immeritò quidem, quùm ipsemet potiùs aberrarit, nec præstare ipsius culpam ars teneatur. Genus enim debet iungi cum genere, & species cum specie,& vnumquodque germen respondere suo semini, vt suprà diximus. Nõ desunt alij qui sui Elixiris materiam quærant non in vegetabilibus aut animalibus, sed in rebus subterraneis & propinquioribus. Dicunt enim artem naturam imitari, ideoque ex iisdem principiis ex quibus & natura operatur, censent esse laborandum, ar-

gentumque viuum & sulphur, quæ audiunt metallorum proximam esse materiam, decoquunt. Sed perdunt miseri, oleum & operam, quùm argentum viuum Philosophorum, nõ sit illud vulgare, nec etiam cõmune sulphur, vt iam dixi. Ecquis enim posset in mensura & proportione debita consequi intentionem naturæ? nemo profectò: Deinde argẽtum viuum si vel minimo igni admoneas, exhalat, ac etiam mixtum secernitur, & sulphur etiam non difficulter, quùm tamen horum amborum coniunctio sit necessaria ad finem vsque digestionis in generatione metallorum. Sic falluntur quotquot in marchasitis, tutia, antimonio, arsenico, auripigmento, lapidem illũ quærunt, cùm sit vel sulphur inseparabile omninò & tamen debeat separari vt imò, vt iam diximus, vel minori igne cum separetur, subiectum non esse Philosophicum, satis denotant omnium Philosophorum scripta. Errant etiam qui marem Solem censent accipiendum, & fœminam Lunam, quæ duo amalgamant (liceat enim artis vocabulis vti) cum vulgari Mercurio, & ex tribus vnum faciunt, illaque decoquunt Chymicè, sublimant, & ex illis tandẽ animam eliciunt, quam vt imò fixare conantur. Nam à Philosophorum scripturis discedunt, qui fatentur omnes vno ore, agens iunctum esse & proportionatum

natum à natura in mineris, cum sua materia: dicuntque vnicam esse rem, in qua sunt quatuor elementa benè proportionata, vt ibi sit figens & fixum, tingens & tinctum, album & rubeum, masculus & fœmina simul composita. Est ergò, vt etiam suprà iam diximus, quædam tertia natura communis & alterata ex diuersa commixtione, & digestione sulphuris & argenti viui, in qua est vis mineralis ad generandum mixtum: quæ duo agunt & patiuntur ita inter se perpetuò, donec traducantur à forma corporum imperfectorum primò generatorum, (non separato adhuc agente à sua materia) in formam aliam, & tandem peruenerint, continuatis digestionibus & purificationibus, ad vltimam illam & verè perfectam formam, quę est forma auri, in qua est vltimus terminus motus, vbi etiam agens omninò à sua materia separatur. Hoc quid sit multi quærunt, pauciſſimi inueniunt, aut si inuenerint, præparationes ignorant, & intẽtiones Philosophorum, quorum medicina ex illis solùm elicitur per artem, in quibus habitabat potentialiter per naturam, & in quibus perfectio primæ materiæ, omniaque metalla reperiuntur. *Philosophici lapidis operationes.*

Hanc autem illi postquam inuenerunt materiam, primò calcinandam censent, & ab omnibus suis sordibus purgandam, calorem *I. Calcinatio.*

restituendo, humoremque innatum conseruando. Nam in calcinatione Chymica nulla debet fieri corporis diminutio, imò potiùs multiplicatio.

II. *Solutio.* Deinde calcinatam materiam, ipsius crassitiem attenuando, in quandam liquidam substantiam ac in suam primam materiam reducunt, quam vocant aquam mineralem, quæ manus nõ madefacit. Tuncq; fit vnum in genere in numero non item: cuius Solem appellant patrem, matrem Lunam, & mediatorem Mercurium: & alteratur corpus sua propria forma, sed noua illi inducitur immediatè, quũ nihil in rerum natura omni spoliatum forma reperiatur.

III. *Element. separatio.* Hoc facto separant ex ipsa iam soluta quatuor elementa, illaq; diuidunt in duas partes, in ascendentem aut spiritualem, & inferiorẽ siue terrenam: quæ duæ partes sunt vnius tamen naturæ, nã inferior est fermentũ ipsam figens, & superior est anima totam ipsam viuificans. Harum tamen diuisio est necessaria, vt facilius transmutentur tandẽ inter se omnes, & pars terrena transeundo in aquam, nigrescat, & aqua posteà transeundo in aërem, dealbetur, & aër in ignem conuertatur.

IV. *Coniunctio.* Separatione elementorum facta, coniunctionem faciunt aquæ & aëris cum terra & igne, vt vnumquodq; elementorum in altero

disper-

dispergatur, seruata proportione: tribuuntque hac ratione mari tres partes aquæ suæ, fœminæ verò nouem: & tunc simile suo simili applaudit, & par pari gaudet, propter concupiscentiam adhærentiæ materialis maximè & formæ sulphureæ.

V. *Putrefactio.* Hæc ita coniuncta putrefaciunt, humido tamen calore (ne igne accenso, mercurius separetur, vel in altum feratur propter naturam suam spiritualem) vt hac corruptione alteretur materia, & elementa naturaliter diuidantur, & regeneratio subsequatur. Nihil enim nascitur vel crescit, ne inanimatum quidem, nisi putrefactione facta.

VI. *Coagulatio.* Post putrefactionem, ad coagulationẽ accedunt, atque eodem calore temperatissimo perpetuò materiam alterante ràm intrinsecus quàm extrinsecus operantur, donec materia albescat, & perlarum referat similitudinem: fitque tùm spirituum volatilium cum corporibus confixatio ac vera congelatio. Albam hoc spinam vocant Chymici Philosophi, & sulphur album incombustibile, quòd nunquam ab igne recedit.

VII. *Cibatio.* Ab cibationem denique se conferunt, nẽpe ad subtilis ingrossationem, & crassi subtiliationem, commiscendo aquam suam cum cinere, & lac suum cum terra foliata, moderatè quidem, vt sic albedo & rubedo, bonitas

& quantitas & virtus ipsius crescat & augeatur, atque coquendo & iterum coquēdo materia nutriatur.

VIII. Sublimatio. Tunc materiam sublimant, sublimatione tamen non vulgari, illamque sic ab immunditiis omnibus expurgant, corpus extollēdo, ac ipsum spirituale & spiritum corporalem ac fixum reddendo, salsedinemque sulphuream minuendo, vt totum dealbetur, ac citissimè liquefieri possit.

IX. Fermentatio. Absoluta sublimatione materiam fermentant, spiritum cum sua terra dealbata, & calce tanquam cum suo fermento coniungendo aut animam cum corpore incorporando. Non enim possunt ostendere suas virtutes permanentes accidentia spiritualia, nisi cum corporibus fixis coniungantur, tāquam cum fermento quod reducit sibi appositum ad sui naturam, colorem & saporem, per mutuam hanc & communem corporis & spiritus impressionem, sine qua opus perfici non potest, quemadmodum nec pasta sine fermento fermentari.

X. Exaltatio. Ad maiorem autem nobilitatem materiæ, illam exaltandam censent spiritum augendo, terramque sublimando & subtiliando, per naturalem rectificationem, omnium elemētorum circulationem & veram graduationem ipsorum, donec ad perfectum amplexum

xum reducantur.

Tunc Salamandram suam solutionibus & coagulationibus reiteratis in virtute augent: & cum nouo fermento in virtute & quantitate, idque in infinitum. XI. *Augmẽtatio.*

Vltimò faciunt proiectionem super imperfecta, ponderis vnius suprà plura, secundum medicinæ perfectionem. Quantò enim magis subtiliatur & tingitur, tantò abundantius operatur: & sic naturam imitando, imperfecta metalla perficiunt, ac in Lunam & Solem conuertunt, ex propriaque ipsius materia purificata arte, & subtiliata, deinde decoctione & digestione fixata, donec in album, & tandem in rubrum prodeat colorem: volatilisque rursus facta, & iterum fixa, donec ingressum habeat & perfectè tingat, suam conficiunt medicinam, suumq; pulueren, quem lapidem Philosophicum vocant: Idque variis operationibus, diuersis rebus, pluribus vasis, multisque fornacibus, vt ex prædictis, artis imperiti fortè coniicient: quùm tamen vero Philosopho, in toto hoc magno licet opere, sit vnica operatio, vnicaque via, res vna, vas vnum, solus ignis, solaque fornax, vt omnes illi vno ore fatentur. Hæc autem omnia obiter annotare volui, quò Magistri Auberti de Philosophorum lapide sentẽtiam euerterem (de rebus enim ignotis cuilibet fas est impe- XII. *Proiectio.*

ritiam ſuam prodendo, nugari) & vt nudam tùm auri tùm argenti formam abſtractam à ſuo concreto (quod tamen ipſe exiſtimat) materiam non eſſe Philoſophicæ medicinæ demonſtrarem. Sed (inquit ille) ex quánam re componatur lapis, non curo: attamen quùm ens nõ ſit naturale, naturalem etiam formam induere non poteſt, ſed artificialem ſolùm & fucatam. Poſſum ego hîc prouocare ad multorum inſigniũ virorum teſtimonium: ſed ratione potiùs exiſtimo nitendum eſſe. Dico igitur metalla verè tranſmutata, cognoſci perfecta, non per formam ipſorum præexiſtentem aut introductã, (hoc enim eſt impoſſibile) ſed per accidentia, proprietates, & paſſiones quæ ſequùtur formas: Itaq; ſi in tranſmutato metallo illa omnia quæ in vero reperiũtur, in quouis examine, certè ipſa habere formam non fucatam, ſed auri vel argenti mineralis iudicandum eſt. Nam id quod efficit operationem oculi, eſt oculus, & è cõtrario, vt ſcribit Philoſophus 4. Meteor. Prætereà lapidẽ Philoſophorum naturalẽ eſſe demõſtrauimus, ex ipſius efficiendi ratione: idque mediante agente naturali, ſcilicet igne, cum calore ſuo naturali, odore, & forma naturali: quæ ſunt formæ accidẽtales, ſequentes ſuam determinatam ſubſtantialem formam, arte adminiſtrante ſibi materiã. Ars enim eſt connexa

nexa cum natura, quoniam artis principium est ipsa natura, vt scribit Philosophus 2. Phys. Qua ratione ars potest dici naturalis, naturaliaque ipsius opera, naturales itidem formæ. Naturales enim formæ dicuntur dupliciter: nempe aut quùm natura sibi præparat materiã, & præterea introducit formam, vt in homine, & lapide: aut cùm ars sibi subministrat præparatque (non vltima tamen præparatione) materiam, quam natura tamen disponit & præparat ad vltimum vsque: formamque in eam introducit, vt in generatione ceruſæ & minij videre est. Neq; nouum est quòd ars in multis sequatur naturam, multaq; naturalia arte componi & perfici possunt: quod etiam innuit Arist. 4. Metaphysic. de Colchotare & Calchãte verba faciens Natura enim, inquit, in mineris atramentorũ generat atramenta: modum autem generationis ipse ostẽdit. Testatur tamen paulò pòst illa duo atramenta etiam arte componi & perfici posse. Ars enim, quùm sit imitatrix naturæ, vt scribit 2. Metaphys. assumendo substantiam ferri aut eris (ex quibus naturaliter illa fiunt) illamq; ministrãdo naturæ, solutionibus, distillationibus & coagulationibus reiteratis, illa tandem ingeniosè perficit, & ita perfectè quidem, vt habeant eadem proprietates & operationes actiuas & passiuas, quales habent & mineralia

illa duo atramenta. Idem & in confectione salis cernitur. Reperitur enim alius mineralis, vt in Polonia, alius est factitius, vt in Gallia: easdem tamen habens proprietates & passiones quales mineralis, qua ratione & verè naturalis dici potest, & eius forma etiam dici naturalis & verè perfecta. Sic quoque de metallis sentiendum. Nam quemadmodum propriæ materiæ defectus est potissimùm in causa, cur ex re quapiam non gignatur altera ei similis: sic si materia idonea inuenta est, causa est præcipua cur ex vno alterum ei simile producatur. Itaque quoniam arti transmutatoriæ est possibile inuenire eandem auri & argenti materiam omninò naturalem, id est tertiam illam naturam, argẽtum illud viuum videlicet, cum sulphure suo coagulatum & commixtum: si q; facilè ipsam naturam sequi & imitari in suis operationibus, quoniam ipsa suauissimo calore decoquit & digerit illam materiam, donec in vltimo termino motus, ab ipsa eius agens separetur, nempe extraneum sulphur: consequitur ex parte & agentis, & propriæ ac naturalis materiæ, artem dici & possibilem & verè naturalem. Sed tandem ad istud argumentum confugiet Aubertus: Si auri argentíve speciem introduceret lapis ille Philosophicus, illud sibi assimilaret, atque alium hoc modo formaret lapidem Philo-

Philosophicum. Respondeo hanc metallorũ conuersionem esse ipsorum reductionem ad quoddam medium, nempe ad temperationẽ, & æquabilitatem illam summam (quæ in solo auro reperitur) in substantia, calore, digestione, fusione, sonoritate, & aliis proprietatibus. Hæc sufficient hactenus à nobis disputata, non vt de existimatione Auberti cæteris in rebus quicquam detraham, sed vt eum, & qui eius libellum dicteriis suis ornandum putarunt, ostenderem tot acerbis conuitiis immerentes proscidisse. Denique vt veritati patrocinarer, cuius & ipsum studiosum esse oportet, si bonus est, qualem eum esse arbitror. Neque enim hæc sunt à me excogitata, sed à doctiss. viris prodita, certissimisq; argumentis confirmata: ne me quisquam existimet illorum sola authoritate vti, quæ tamẽ nec ipsa debuit ab Auberto contemni. Quis enim illos existimet vel temerè, vel mala fide illa nobis arcana, iureiurando etiam sancta, reliquisse? Hanc igitur ipsam Philosophię partem, quam vsque adeò acerbè lacescit, improbat, cauillatur, ausim ego contrà affirmare, nunquam satis laudari, ac pro meritis prædicari posse, siue ipsa sola naturæ miracula, quæ ex abditissimo suo sinu eruit, iuuet nos contemplari, siue vtilitates illius spectemus, quæ penè sunt innumerabiles, præter illa infinita quibus ar-

Vide Plin. lib. natural. Histor. 33 cap. 4. qui ex auripigmento aurũ perfectũ factũ fuisse scribit.

tes plurimas illustrat. Nam vt cætera prætermittam, vel solius lapidis Philosophici virtus ea est, ac præstantia, vt plerisque sanandis morbis sufficiat, & veras ac exquisitas medicamentorum præparationes commonstret: sed hæc iis sordere mirum non est, qui impurioribus sunt assueti, aut quibus vnica consuetudo ius facit. Ego verò istiusmodi homines commoneo, vel vt discant meliora, vel vt meliùs institutis non inuideant, vel saltem ignota non reprehendant: sin minùs, nihil tamen eorum conatus morabimur, quia futurum scimus, vt obtineat veritas, & illas tandem tenebras suo fulgore dispellens, singula cuiusmodi reipsa sunt, patefaciat.

FINIS.

DE MINERALIVM, ANIMALIVM, ET VEGETABILIVM MEDICAmentorum Spagyrica præparatione, & Vsu

IOSEPHI QVERCETANI Armeniaci, D. Medici perspicua Tractatio.

M. D. CII.

Ad lectores beneuolos.

Pharmaca quæcunque Hippocrates, quæcunque
Galenus,
Arte Machaônia dius vterque dedit:
En, meliore tamen (veterum sim pace locutus)
Hic nostrâ vobis arte parata damus.
Cætera rixosis data sint: nunc vnde iuuentur
Mitia, largimur mitibus ingeniis:
Qualia, nec simili methodo digesta, priores
Chymiatri, & nulla lance coacta, docent.
Ergo his quisquis eris, quæ (candide) candidus offert,
Vtere, IOSEPHVS, *dum potiora parat.*

A l' Autheur.

Vne fleur tes vers ont chanté:
Vne fleur icy, diaprée
De mille secrets, consacrée
Tu as à la posterité:
Or pour loyer Phœbus ordonne
Que des deux la tienne on couronne.

P.G.E.

DE MEDICAMENTIS MINERALIVM, ET GEMMARVM SPAGYRICE præparandis.

De Auro. CAP. I.

MEDICAMENTA omnia desumntur ex rerum Mineralium, Animalium, Vegetabilium præparatione. Inter mineralia vnum est Aurum omnium temperatissimum, & perfectissimum, quod in foliola, & tenues bracteolas redactũ, ad naturam roborandam, ad exolutũ ventriculum, ad cardiacos, & præter rationem mœstos, & ad omnes affectus melancholicos, ab omnibus Medicis Græcis & Arabibus exhibetur, vt suprà diximus. Quare & ipsum in electuariis de gemmis, exhilarantis Galeni (quãuis nonnulli falsò ipsi Galeno adscriptum esse sentiant) in Antidoto è cocco baphico siue Alkermes, in aurea Alexandrina Nicolai Mirepsi, in eiusdem electuario analeptico, diamargarit. Auicennæ, & pluribus aliis pharmacis præscribitur: quæ omnia secundum

ipsos cor exhilarant, melancholiam domant & maniam, spiritus viresque exolutas resarciunt, idq; sine vlla alia præparatione præstare solent. Ex auro autē Chymiatri ad eosdem, & pleroſq; alios affectus incurabiles, præsertim ad lepram, ad cancrosa & phagedænica vlcera curanda, veram tincturam extrahunt: atq; ita medicamentum verè salubre ex ipso conficiunt, quod per venas mesaraicas ad hepar, tādem ad cor, & per vniuersum corpus facillimè transferri possit: quùm alijs vel parū aut nihil proficiat, quin imò multū noceat, quòd à calore natiuo nullo modo deuincatur, cùm etiam ipsum ignis vllo ardore torreri absumive nunquam possit. Sequenti ergò descriptione vera eius tinctura elicienda est.

Tinctura Auri.

TInctura Auri est ipsius color à corpore ita separatus, vt album omninò remaneat, fit autē ipsius præparatio per stybium, vt moris est, mortificatione reiterata per spiritum acerrimum, & sanguinem hyeræ, vt in furno reuerberij reddatur corpus leue ac spongiosum, & irreductibile: quod rursus reuerberatur, donec in purpureum prodeat colorem. Ex quo cum glaciati corneoli alchoole, ipsi quatuor digitos supernatante, in matra-

matratio hermeticè clauso, & per mensem in Balneo digesto, separatur color, qui spiritui commiscetur: illoque separato, vt artis est, remanet in fundo optatus liquor, qui posteà tàmdiu circulari debet, donec fixetur. Huius tincturæ drachma vna, mixta cùm vnica vna aquæ theriacalis optimæ, ad scrupuli vnius quantitatem manè ieiuno stomacho sumitur, continuandumque est decem dierum spatio: hoc medicamentum diaphoreticum est, per sudores superfluos & noxios expurgans vniuersi corporis humores.

Auri album corpus, (quod est vera luna fixa extractâ vt priùs tincturâ) cum salibus resuscitatiuis, & mellacida muria, vt artis est, præparata digestionibus & exaltationibus ab experto Spagyro reducitur in mercurium intra paucos dies. Illo in vase conuenienti imposito præcipitatur per se in furno Atanoris, febrili calore, proditq; in puluerem rubrum, cuius exhibentur gr. 8. cum vino aut aqua Theriacali ad hydropen curandam, & luem veneream, idque solis sudoribus.

Si hunc auri mercurium, proprij sulphuris debitæ proportioni superiniicias, semines, & philosophicè decoquas, facies medicinam omnium præstantissimam ad lepram ipsam curandam. Sanguinem enim corruptum purificat, & ab excrementis omnibus corpus

vniuersum solis sudoribus expurgat, ipsumque Iuuenile quodammodo reddit.

De Argento. Cap. II.

ARgentum, quod inter cætera metalla secundum obtinet perfectionis gradum, etiam temperatum est, & auri vires quadantenus æmulatur, & ad eosdem affectus à Medicis exhibetur, præsertim ad Maniam, ad affectus omnes melancholicos, & ad cerebrum ipsum corroborandum. Ingreditur Elect. de gemmis, lætificantis Galeni, auream Alexandrinam, & omnia ferè antidota, quibus & aurum permiscetur. Neque alio modo præparatur, sed in foliola & ramenta solummodò redigitur. Spagyrici autem ex ipsa Luna eliciunt oleum, cuius exhibentur gutt. ulæ duæ aut tres cum aqua florum betonicæ, saluiæ, & melissæ ad caducum morbum, & ad cerebri omnes affectus, vt diximus. Sic autem præparant: fulminatam Lunã calcinant quater cum aqua salis metallici cristallini, donec in corpus rursus reduci non possit: puluerem dulcoratum reuerberant, ex quo extrahunt proprium Alcali in Balneo M. cum cœlesti menstruo (nobis sic dicto) & vini alcoole, omnia simul circulant in pellicano quindecim dierum spatio ad perfectam vsque graduationem:

nem: separato menstruo in Balneo, remanet in fundo oleum Lunæ fixum, quod est optimum medicamentum ad prædictos vsus.

Deferro. CAP. III.

FErro veteres, præsertim squama stomomatis, nempe Chalybis, vtebantur ad exsiccandum & adstringendum: chalybemque hac ratione aqua extinctum pluries, subinde aquæ vehementem desiccandi vim conciliare, quæ pota lienosis conduceret, & vinum in quo etiam restinctum ipsum fuisset, cœliacis, dysentericis, cholera infestatis, stomacho resolutis auxiliati Ægineta & Aëtius doctè scripserunt. Squamam etiam stomomatis in puluerem redactam per se lientericis exhiberi, Aëtius lib. 14. meminit, præsertim rusticis & robustioribus. Quod remedij genus hodie Medicis est satis vsitatum ad curationem eiusdem affectus. Interim ipsorum nonnulli metallica damnant nostra remedia, illaque reiicienda, tanquam lethifera concludunt. Ex metallis tamen antiqui Medici multa deprompserunt medicamenta interna, vt videre est, quibus multis etiam morbis medebantur. Quis iam igitur debitam ipsorum præparationem, & essentiarum extractionem improbabit? Quemadmodum ferrum non

Æginet. li. 7. Æt. lib. 10. ca. 11. & lib. 14. ca. 24.

mordacitatis expers, præparatione tamẽ spagyrica hanc amittit, quòd videlicet ex ipso subtilissima quædam substantia abstrahatur, aut in oleum reducatur, quód intrò tutius & maiori cum vtilitate, ad prædictos affectus exhiberi potest, cùm à calore natiuo
„ pati possit, & vicissim in corpus agere. Hoc
„ etiam testatur Galenus libr. 9. de simpl. med.
„ facult. cap. 42. cùm de squama æris verba
„ facit. Omnes, inquit, sanè vehementer desic-
„ cant: At inter sese diuersę sunt, tùm quòd alia
„ magis, alia minùs exsiccat, tùm quòd alia cras-
„ sioris alia tenuioris sit essentiæ. Addit postea,
„ Omnes autem squamæ non instrenuè mor-
„ daces sunt. Ex quo clarum est, quod essentiæ ipsarum consistentia non admodũ tenuis est, sed potiùs crassa. Siquidem inter ea quæ eandem vim obtinent, minùs est mordax, quod est tenuius. Ex ferro igitur, & potissimùm ex chalybe, subtilissimam Spagyrici extrahunt substantiam, quam etiam igne reuerberij tenuiorem reddunt, suumq; parant crocũ Martis, ex quo tandem oleum conficiunt ad diarthœam, linteriam, dysenteriam, hepaticum fluxum, ad ventriculi corroborationem, & ad omnes hæmorrhagias internas & externas, præstantissimum, & non mordax medicamẽtum, si conseruæ rosarum aut symphyti permisceatur. Fit autem hoc modo.

℥. Lima-

℔. Limaturam chalybis, quam ablues pluries cum muria, pòst cum aqua dulci, tùm demum superfunde acetum acerrimum, vt supernatet quatuor digitos: stent omnia ad Solem per aliquot dies, nouum subinde infundendo acetum, quo limatura subtilietur: hanc reuerberabis per diem integrum aperto vase, donec prodeat vi ignis in puluerem rubicundissimum & leuissimum, quo poteris vti. Vel ex illo, cum menstruo suo acerrimo, aut vini spiritu optimè præparato, elicies animã, vt ex ea conficias oleum: cuius guttula vna tãtùm exhibetur cum decocto conuenienti, aut permisceatur cum aliqua conserua astringenti ad dictos vsus. Hoc modo etiam laudabile medicamentum ex marte præparatur. Calcina limaturã ferri igne violento cum floribus kibric, donec rubescat limatura, & euanescat tota terra fœtida. Hanc per diem integrum reuerberato, tùm prodit in puluerem purpureum & tenuissimum, quo vt dictum est, vtere.

De Ære. CAP. IIII.

IN emplastris & vnguentis suis ad chirurgiã tantùm vtuntur Medici ære, diuersis modis præparato. Æs enim vstum, & squamam æris recipiunt emplastrum Apostolicum Nicolai Ale-

xandrini, & viride æris, quod appellant, emplastrum diuinum Nicolai Præpositi, vnguẽtum Apostolorum Auicẽnæ, & Ægyptiacum magnum Mesuæ: quæ quidem omnia vehementer detergunt, idq; non sine mordacitate, quùm acria sint: ex quibus tamen, reiteratis ablutionibus, antequam misceantur, acrimonia deponitur, & epulotica reddũtur quodammodo medicamenta, putridis quoque vlceribus, & sinubus expurgandis aptissima. Chymiatri autem ad eosdem affectus, ad phagedænica, chironica, cacoethica, putridaque omnia vlcera curanda, alia præparant ex ipso ære medicamenta: multò tamen præstantiora, vt quæ sine vllo morsu, ylloque dolore operentur. Æs igitur calcinetur communi modo, tùm ex ipso cum acida muria, vt decet præparata & alcolisata, extrahes viridem animam in Bal. M. donec amplius menstruum non virescat. Ipsum separa in Balneo: quod relictum est, resolue in humido, prodit in oleum smaragdinum, ipsum circulato cum vini dulcedine, vt acrimoniam ipsius menstrui totam abstrahas, & habebis medicamentum præstantissimum ad prædicta vlcera curanda, si cum butyro misceatur.

Ex ære etiam calcinato, & reflexo crustuli azymi instar, cum vitreolato aquoso proprio menstruo, vt supernatet decem digitis, extrahitur

hitur vitriolium cæruleum, & pellucidum, si circulentur simul in vase vitreo quindecim dierum spatio in Balneo, ac tandem menstruum, seorsim destillatione per cineres separetur. Illud æris vitriolum, dulcoratum cõuenienti lotione, & rubefactum calcinatione, prodest ad curanda maligna omnia vlcera, ad callos detrahendos, si in fistulam callo obduratam immittatur, & ad delendas sine dolore omnes carnis excrescentias: imò caruncula etiam in collo vesicæ existentem curat, si cum emplastro aliquo permisceatur, & cum tenui cereolo imponatur, vt decet. Misy, chalcitis, chalcanthum vulgare, Sory, & reliqua eiusmodi, ita rectè poterunt præparari, ad omnia maligna vlcera curanda, fistulasque potenter detergendas sine morsu, & dolore. Amittent enim hoc modo vim, quam habent exedentem, & cathæreticam.

De Plumbo. CAP. V.

PLumbum facultatis esse refrigeratoriæ, author est Galenus 9. simpl. ipsumque chironiis, quæ vocant, vlceribus, & cancrosis ac putredinosis, tùm ipsum per sese, tùm quibusdam aliis commixtum conuenire: ex quo ceruſa & minium arte fiunt, quibus Medici vtuntur ad inflammationes oculorum, quando refrige-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0091
DFG

randum est siccandum, repellendum & adstringendum: & ex iliis collyria sua parant cum aquis refrigerantibus. Induntur etiam vnguento albo Rhasis, citrino, & diapompholigos, nec non emplastris quæ suis propriis nominibus, de ceruſa nempe & de minio, nuncupantur.

Galen. 9. simpl. Ista omni morsu destituta vehementer siccant, iisq; cicatrice ad vlcera claudenda Medici vtuntur. Addam nonnullos sola lamina plumbea vti ad vlcera exsiccanda: Alij cremato vtuntur plumbo, quod validiùs vlcera exsiccet, & sit ad rebellia commodius, secundum Galen. sed sequenti, meliori quidem præparatione, ipsum multò adhuc præstantius ad eosdem vsus redditur, ad exsiccanda scilicet & curanda maligna quæuis vulnera & vlcera inueterata. Fit autem hoc modo:

℞. Plumbum optimè calcinatum, exquo, cum cœlesti acido alcolisato, præparato vt decet, extrahes essentiam in B. idque tantisper facies, donec totum plumbum soluatur, & à lepra & omnibus suis impuritatibus hoc modo expurgetur. Separato per B. menstruo, quod remanebit in fundo vasis, rursus solues in vini alcoole tartarisato, & circulabis omnia simul per aliquot dies, vt menstrui acrimoniam totam auferas: & hoc modo confices ex plumbo dulcissimũ saccharum & temperatum,

peratum, ac nostræ naturæ amicissimum, infinitis affectibus inseruiens. Id autem soluitur in oleum in humido, ad quæuis vlcera maligna breui curanda præstantissimum medicamentum. Ex ipso etiam fit Balsamus pretiosus ad ophthalmiam & oculorũ inflammationes, dummodò priùs optimè dulcoretur, & præparetur. Sic facies de stanno, (cuius nullus est vsus, quod sciam, in veteri medicina.) de Lithargyro, de Tutia, de Cadmia vera, de Spodio, & Pompholyge: quę omnia ita rectè possunt præparari, atque mitia adeò reddi, vt citra morsum, maculas & excrescentias etiam oculorum tollant, inflammationes doloresq; summos sedent, vlcera omnia sine dolore vllo curent, eaq; cicatrice obducant.

De Argento viuo. CAP. VI.

DE Argento viuo varia Medici antiquitùs experti sunt. Galen. ingenuè fatetur quidem, se nullum ipsius, aut intrò assumpti, aut foris admoti, feciisse periculum. Ægineta hæc de Mercurio refert libr. 7. Nonnulli verò concrematum Mercurium in cinerem, mixtumque aliis speciebus, Colicis & Iliosis in potione exhibuerunt. Recentiores crudo ytuntur ad necandos infantulorum vermes, vt ex Brassauolo meminit Mathiolus in comment. *lib. 9 simp. cap. 59.*

in Dioscor. lib. 5. Multi autem Mercurio crudo vsi sunt ad curationem morbi Neapolitani, pilulasque conficiunt, quas vocant de Barberossa. Harum descriptionem tradit Rondeletius vir doctissimus, præceptorque meus, in suo libello de morbo Gallico. Pro externis autem affectibus, plurimi solo vtuntur præcipitato cum aqua forti præparato, quòd valdè conducit ad sananda cacoëtha, & maligna vlcera, præsertim luis venereæ, idque sine dolore, si optimè præparetur. Isto remedio vtebatur pater meus (piæ memoriæ) ac de re medica apud omnes nostros non parum meritus, ad delendas colli vesicæ caruncvlas: cuius remedij, quùm mihi veram demonstrasset præparationem, eo sæpiùs sum vsus felici cum successu ad eundem affectum, & vlcera vesicæ curanda. Quarum rerum fuit oculatus testis Steph. Carretonus, apud Armen. Pharmacopœus doctrina & experientia clarus, præsertim in quodam nobili viro vtriusque nostrûm amicissimo, qui quùm per triennium ex gonorrhœa fœtida malè curata, vlcere periculoso, in collo vesicæ laborasset, tandem post tàm crebros vsus Gaiaci, (diætam facere dicunt,) & toties repetita remedia & assumpta, & iniecta, eaque omnia ex consilio doctiss. Medici D. Isandonis, hoc solo remedio per cereolum impositum, intra dies quindecim planè

planè curatus fuit. & hæc obiter. Cæterùm vt ad Mercurium redeamus, sunt illa ferè omnia (nisi quòd etiam in vnguentis apponitur) remedia, quæ ex ipso parantur. Huiusque proprietates (etiam sine Galeni consilio) morbi multi alioqui incurabiles, medicos coegerunt expiscari, quarum tandem magistra rerum experientia illos fecit certiores. Veritas enim, quæ consistit in ratione, debet ostendi ad sensum, & experimentum non nisi sensu ipso percipitur, quòd Galenus testatur sexto de sanitate tuenda. Oportet, inquit, vt primò secundum rationem consideranda considerentur, deinde experientia certificentur, vt ratio per experimentum cõfirmetur. Et idem in secundo eiusdem. Virtus rationis, experimenti virtutẽ ostendit. Quis enim aliter probaret cyaneum & armenum lapidem melancholicis affectibus prodesse? Apium nocere prægnantibus & epilepticis? Hermodactylos phlegma ex ipsis iuncturis euacuare posse? Lapidem iudaicum aut Lyncis, calculum frãgere? margaritas corroborare? Napellum esse venenum adeò lethale, nisi ex prædictarum rerum praxi & operatione, id tandem certa experientia fuisset comprobatum, eodem prorsus modo tandem experientia Mercuriũ ad plurimos affectus curandos aptum remedium esse compertum fuit. Huncque D. Iou-

bertus vir sanè doctiss. præcipitatum, ad curanda sclopetorum vulnera præstantissimum esse medicamentum, nuper est expertus, ex quo suum parat Triapharmacum. Neque mirandum est, cùm leuioribus ipsis præparationibus etiam tàm efficax reddatur, si longè melioribus summum acquirat inter medicamenta, ad multos, eosq; alioqui incurabiles, tùm internos tùm externos affectus curãdos, perfectionis gradũ. Quæ tamẽ Mercurij præparationes ita sunt arduæ & difficiles, vt sint, non solùm multis Medicis & Pharmacopolis incognitæ prorsus, sed etiam Spagyricorũ Medicorũ sint pauci, qui ipsas verè assequãtur. Est enim spiritus volatilis, auram quandam retinens Arsenicalem, corporiq́ue valde nociuam, ex quo tandem purificato, & fixo reddito, tàm præstantia fiunt medicamenta, eademq́ue adeò salubria, (cùm sit proprium perfecti spiritus corpora viuificare) vt non nisi peritissimis, & expertis credibile hoc videatur. Velim tantùm (ne à ratione aliena videatur nostra sententia) vt docti perpendant, naturam trium horum mercuriorum, mercurij vulgi, mercurij sublimati, & mercurij præcipitati. Nõ est quisquam, nisi planè ignarus, qui non dicat mercurium sublimatũ maius multò esse venenũ, quàm aut crudum, quẽ etiam in pilulis, & ad necandos vermes intrò exhibent

exhibent medici, vt diximus: aut præcipitatum, de quo videtur loqui Paulus Ægineta, cũ de Mercurio in cinerem redacto verba facit (fit enim hac via aut saltem sulphure) qui in colicis olim, vt scribit, exhibebatur. Et multi hodie sine alia præparatione, quàm simplici ablutione, præcipitatum Mercurium exhibent ad curationẽ luis venereæ, quod & Mathiolus testatur. Neq; videmus, quamuis ducat per superiora & inferiora, quod tamen instar sublimati mercurij officiat, cuius scrupuli dimidium hominẽ necare potest. Si hoc ipsum, quod quidẽ verũ est, concedatur, Mercurium nempe sublimatum maius esse venenum, quàm aut dum crudus est, aut præcipitatus, quî fit hoc rogo, quòd sublimatione (vna omnium Philosophorũ purificatione) tãtam hic exaltatus spiritus acquirat malignitatem & vim venenatam? Respondebit aliquis, Aubertus noster fortasse, hoc non fieri sublimatione, qua res omnes purificari certũ est: sed ex admixtis, reportata secum quadam acrimonia. Hoc ergò perpendamus: Ex libra vna argenti viui, libra altera vitrioli crudi & tantundem salis communis (nõ amoniaci, vt Mathiolus credidit) omnibus ad blandum ignem rectè mixtis, & ductis diù in marmore, aut mortario, vt bene incorporẽtur, redactisque in puluerem, ac inditis sublima-

torio vitreo, dando ignem per gradus quatuordecim horarũ ſpatio, fit Mercurius ſublimatus. Si ex mixtis veneficam illam vim ſecum reportet, ex ſale & vitriolo hoc fiat, neceſſe eſt. Salem autem communem & vitriolum, more veneni non officere, ſingulis diebus infiniti experiuntur, qui in cibis ſalem comedũt, & in thermis, aquas vitriolatas pro potu hauriunt: quemadmodum & alij per totam Germaniam & Italiam ſpiritu ipſo & oleo Vitrioli ad Epilepſiam, ad calculi & aſthmatis curationem, idque magno cum commodo & admiranda vtilitate, vtuntur. Hæc-
Simp. ca. 60. lib. 5. que de vitriolo verba faciens, Dioſcorides
" refert: Latas ventris tineas necat, drachmæ
" pondere deuoratum: aduerſus hauſta fungo-
" rum venena, ex aqua potum auxiliatur: pur-
" gat caput aqua dilutum, & in vellere naribus
" inſtillatum. His ſatis conſtat, quòd ratione vitrioli (de ſale enim minus credendum) non ineſt tanta vis venenata in ipſo ſublimato Mercurio: Denique ſi tanta malignitas ipſi ineſſet ratione tùm ſalis tùm vitrioli, quod ipſorum ſpiritus ſurſum ſecum ipſe reportet, hæc ipſa malignitas ineſſet mercurio præcipitato: nam aqua fortis cũm quo fit ex vitrioli & ſalis petræ ſpiritibus conficitur, cum quibus vulgarem etiam ſuum Medici parant præcipitatum, quùm etiam non aliter præ-

para-

paratum ipsorum multi exhibent: qui quamuis sui acrimonia, ob spiritus inclusos aquæ stygiæ, violenter corpus ducat, non tamen mercurij sublimati more efficere, infinitis doctisque hominibus hodiè satis notum est. Hæc ergò malignitas in mercurio sublimato reperitur, quantò scilicet ipse hac exaltatione subtilior, validiorque redditur, & minimo calore recedens. Ast in præcipitato non fit idem: mortificatur enim, ac igne illo Philosophico, nempe stygio, ita fixatur, vt etiam ignitionem patiatur. Neque tunc aura illa maligna (si quam contineat) potest transmitti ad ipsum cor, quod omni veneno natura eius promptè petitur, quoniam fumidum illum præcipitatum mercurium, calor natiuus reddere non potest, quia nulla ignis violentia etiam euanescit, vt certa experientia comprobatur. Fixatio ergò huius spiritus, est ipsius, ne quid aut assumptum aut admotum officiat, vera præparatio. Quod plærique diuersis modis præstare conantur (de his autè loquor, qui illius præparationem ad Medicinam tantum quærunt) qui quidem putant sola stygia bis aut ter fæcibus suis (quas caput mortuum vocat) affusa, ac iterum distillata, veram præparationem tanti medicamenti se assequi posse. Sed non parum falluntur, quod præsertim de auferenda corrosione sint parum soliciti,

aut hoc ipsum præstare prorsus ignorēt. Neq; certè præcipitatus mercurius satis vnquam vtile remedium esse poterit, quamdiù corrodēs vis ab aqua forti accepta, ipsum comitabitur: quę tamē nō cōmunibus, vt multi putant, ablutionibus aufertur, sed longè aliis præparationibus aut dulcoramentis, quibus ignotis nihil perfecti præstari potest. Sequēti ergò modo procedendum, præsertim in confectione Turpeti medicamenti admirandi.

Turpeti mineralis descriptio.

℞. Calcis terræ pellucidæ & fixæ, Talci optimè calcinati, (calcinationē alibi docebimus) singulorum libram vnam, fiat ex his forte capitellum, cum quo bulliat septem horarum spatio libra vna mercurij, quinquies priùs exaltati, ac quaque vice reuiuificati, vt artis est, sicq; obtinebis perfectam mercurij purificationem, & fixationis veræ initium ad omnia opera. Nam hæ calces adeò sunt fixatiuæ, vt sublimationibus super ipsas reiteratis, tādem figatur Mercurius: Hunc pręparatum Mercurium crudum solue cum regali fœtido ac proprio menstruo. Solue etiam seorsim metallinæ Antimonij bene præparatæ drach. iij. Auri per stybium præparati vt decet vn. j. has omnes solutiones in matracium vitreum impone, & obtenebrabitur vas, sepeliantur in Athanore, dādo lentissimū ignem donec clarescāt. Tunc aucto igne distilla per rostratum alem-

alembicum, aquam ex fæcibus ad ſiccitatem, reponendo ipſam quater ſuper caput mortuum. Tunc nouam aquam fixatoriam denuò affunde, quæ ſupernatet materiæ quatuor digitos: fac digerantur per duos aut tres dies, tũ demum diſtillentur bis aut ter ſuper fęces, dãdo etiam ſub finem ignem ſublimationis, vt quæ non ſunt verè mortificata, reſurgant ac exaltentur: quę reſeruentur ſeparatim, non enim inſeruiunt noſtro operi. Maſſam illam mortuam cape, quã in puluerem reduc, huncque in vaſe conuenienti in ſecundo gradu reuerberij per duodecim horas examinato, agitando ac mouendo baculo puluerem, donec prodeat in ſalamandram rubicundiſſimam, ex qua acrimoniam omnem ac totum venenum ſic elicies.

℞. Phlegmatis vitrioli & aluminis an. ℔. ij. ſemis, aceti diſtillati. ℔. ij. calcis terræ noſtræ pellucidæ ac fixæ ℥. iiij. ſalis corneoli criſtallini, ℥. j. ouorum albumina 20. diſtillentur bis ſuper fæces per alembicum. Huius aquę miſce libras tres cum libra vna pulueris tui Mercurij, vt ſuprà præparati: & in alembico diſtilletur aqua à fæcib⁹ quater: vltima vice pelle ad ſiccitatẽ. Hoc facto, puluerẽ contunde ſuper marmore, & noua aqua fixatoria iterũ affuſa, diſtillẽtur adhuc quater vt ſuprà: tùm demum cum vini alchoole ſupra puluerem quinquies

distillato, nouum semper affundendo, fixabis & dulcorabis tuum mercurium, quem præcipitatum aut turbith minerale, quod viscidos & crassos humores expurget, Chymiatri nuncupant. Huius exhibentur grana octo cum conserua bethonicæ, & aqua theriacali, debitis præcedentibus purgationibus ad curationem luis venereæ.

Cum drachmis duabus extracti Cucumeris agrestis, drachma vna extracti hermodactylorum, & scrupulo semis dicti præcipitati, fit mixtura, cuius scrupulus dimidius miscetur cum drachmis duabus aquæ theriacalis, & fit potio, quæ exhibetur podagricis quater & quinquies, pro vetustate siue duritie morbi, & ægrotantis viribus, Vere & Autumno. Nam sine vlla perturbatione, seroſa excrementa mirum in modum expurgat, & ex ipsis iuncturis educit. Ad hydropem curandam talis conficitur compositio, seroſa excrementa purgans, & viscera nutritionis corroborans. ℞. præcipitati præscripti scrupulum vnum, extracti alhandalis & elaterij an. scrupulum j ß. extracti ellebori nigri optimè præparati, & rhabarbari añ. ℈ j essentiæ corallorum rubrorum, & santalorum citrinorum an ℈ ij. spiritus vitrioli ℈ j. olei mastichini & cinnamomi an. ℈. ß. Excipiãtur puluere cubebarum & mucilagine gummi tragacanthi:

thi: formentur pilulæ. Dosis est, scrupulus semis aut vnus: exhibeatur bis in hebdomada, si vires ferant.

Si cum diaphoreticis permisceatur, sudores solummodò mouet, & multis etiam hac ratione affectibus medetur.

Cum butyro solus permixtus, cancrosa, & phagedænica, præsertim luis venereæ vlcera curat, quemadmodum & fistulas & callositates omnes.

Ex triapharmaco & prædicto præcipitato fit emplastr. quod si cum tenui cereo in vesicæ collum imponatur vt decet, curat ipsius vlcera, & caruncularn omninò sine vllo dolore & periculo aufert. Aqua fixatoria pro dicto opere fit ex Climia, lapide Sedenegi, lapide perlato, marchasitarum sulphure rubicundo, lacerta viridi & rubra, halinitro, & sale aluminoso: ignis datur more stygiæ communis. Inter omnes gradationum aquas hæc est præcipua, & valdè fixatoria, si quis illam verè assequatur. *Aqua fixatoria pro turpeto.*

Ex Mercurio alia parantur remedia: Fit enim ipsius, priùs præparati vt decet, cum sole amalgama, quod inditur matratio oblõgo collo, Hermetice clauso, atq; moderatissimo igne, viginti dierum spatio præcipitantur, & in puluerem subcroceum fixumque reducuntur. Signum perfectionis est, quando

vi ignis non exhalat, nec in aqua animalis reniuificatur. Medicamentum istud diaphoreticum est, quod exhibetur ad prædictos affectus, præsertim ad curandam luem veneream solis sudoribus. Fit etiam ex Mercurio balsamus, cũ aqua calcis testarum ouorum, & tartari, itemq; oleum, ad fistulas, vlcera omnia, & callositates præstantissimum. Hæc de Mercurio dixisse sufficiet, modò hoc vnum annotatum sit, solam perfectionem huius medicamenti consistere in ipsius fixatione, & dulcoratione.

De Arsenico. Cap. VII.

INter septica medicamenta, quę summa caloris acrimonia insitũ nobis calorem aut dissipãt, aut in igneum cõuertunt, simulque qualitate maligna primogeniũ humidum dissoluunt, & omnẽ partis substãtiam tabefaciunt, putredinem q; inducunt cũ fœtore, Medici numerant arsenicum, sandaracham, & auripigmentum: Ideoque valdè periculosum horum medicamentorum vsum in Chirurgia censent, neq; aliquo modo necessariũ, cũ lethifera & naturæ nostræ aduersissima sint. Hoc equidem meritò dixerint, si veras ipsorũ præparationes ignorarint, quibus ad multos externos curãdos affectus probatissima

batissima redduntur. Hæc enim medicamenta, lethifera existere dicuntur qualitate maligna & acrimonia. Praua illa qualitas in spiritu siue in aura illa fœtida & atro fumo, quem minimo calore emittunt, consistit, at acrimonia in solo sale. Hic fumus ater & venenatus, naturali etiam calore, cùm excitatur, materiam partis labefactat, ipsam corrumpit, & sæpius, ac siquis venenum hausisset, interimit, si non procul à principibus partibus illa apponantur, vulnerata præsertim cute. Quod mulieri cuidam accidisse, idque se vidisse, testatur Fernelius Medicorum nostri seculi facilè princeps. Cùm igitur in fumo illo atro, qualitas illa maligna existat, prorsus fixanda est: fixatione enim, vt diximus suprà, capite de Mercurio, venenum omne & spiritus, vt Arsenico, Mercurio, Auripigmento, & reliquis adimitur: acrimonia verò pellitur, salis extractione. Quod propriis ablutionibus fieri etiã suprà diximus. Qua ratione Arsenicum non nocebit, quinimò pro topicis multùm proficiet ad vulnera venenata, ad lupos, fistulam, cancrum & gangrænam, si decenter præparetur, fixetur videlicet, & dulcoretur. De qua vera præparatione videtur tacitè loqui Dioscorides, cùm de illa metallica sandaracha, quam initio capitis, sulphur etiam redolere scribit, hæc profert, Datur ex mulso purulen- *Simpl. 5. cap. 71.*

„ ta extussientibus: addit, suspiriosis cum resi-
„ na, catapotio optimè exhiberi: Non præpara-
lib. 9. simp. ca. 53. tam enim Sandaracham exhibere esset exitiosum, cùm testetur Galenus ipsam vrentis esse facultatis: cuius opinioni etiam Dioscor. assentitur simpl. 6. cap. 29. Ergò præparato Arsenico, aut septico quouis alio medicamẽto, in Chirurgia potissimùm vti non erit absurdum aut periculosum. Cuius quidem Arsenici præparatio talis est. Arsenicum ter sublima cum sale præparato, & lacerta rubra, & stomomatis scamate, vt ipsum purifices: quod deinde cum terrea muria fixabis, dando ignem per gradus, viginti quatuor horarum spatio, fietque massa niue candidior, & perlarum referẽs colorem, quam in calida solues, vt alkali inde extrahas: remanebit autem in fundo puluis albissimus, quem exsiccatum fixabis cum æquali pondere olei inceratiui ex talco confecti, eaque omnia in reuerberio colloca per diem integrum: rursus in calida solue, vt remaneat puluis albissimus, fixus, & dulcis, qui fluet in humido in oleum pingue, butyri instar, anodynum. Nam quemadmodum Arsenicum, si non præparetur, dolorificum est, & qualitate sua maligna venenum: sic contrà fixatione hanc amittit, & doloris est prorsus expers, ac venenatis curandis vulneribus conducens medicamentum, si huius admisceа-

admiſceatur vncia vna cum duabus vnciis olei myrrhæ.

Nonnulli etiam Arſeni cum ter ſublimant cum calce fixa,& colchotare, idq; diſſoluunt in aqua ſtygia fixatoria & conuenienti,diſtillantq; aquam à fæcibus multoties, tùm demũ caput mortuum reuerberant: quod prodit in puluerem albiſſimum & fixum, à quo extrahitur alkali cum vini alchoole, & ſic dulcoratur. Huius medicamenti vſus eſt ad fiſtulas & cancros curandos.

De Sulphure. CAP. VIII.

SVlphur eſt pulmonum balſamus, quod Chymiatri ter & quater ſublimant cum colchotare, vt mundetur ab impuritatibus ſuis, ac ex ipſo ad curationem aſthmatis varia parãt & vtiliſſima medicamenta, ſi ſaccharũ admiſceatur. Ex ſulphuris etiam floribus & Therebintinato proprio menſtruo, in calore ſicco per aliquot dies digeſtis, extrahitur color inſtar rubini: Menſtruum ſeparatur, & remanet oleum ſulphuris rubicundiſſimũ, quod circulari debet cum vino diſtillato & alcholiſato. Et hoc modo balſamus ex ſulphure extrahitur: cuius guttulæ tres aut quatuor exhibẽtur cum aqua hyſſopi ſuſpirioſis, & purulenta extuſſientibus. Sulphur tamen externis affecti-

bus tãtùm mederi veteres credidisse visi sunt, ipsumq; trahendi vim obtinere, & calidi esse temperamenti, atque essentiæ tenuioris, Galenus & Ægineta scripserunt. Atque id ipsum aduersus pleraque virulenta animalia conferre, præsertim turturem marinum, & draconem, vel siccum insperſum, vel admixtum. Videtur tamen Galenus probare vsum sulphurearum aquarum j. simpl. his verbis, Tùm aqua inter cutem laborantibus, aduersissimũ est & poculum, & lauacrum aquæ dulcis: nitrosarum verò & sulphurearum bituminosarumq; omnium, perutile. Sulphur etiam denoratum cum ouo sorbili, asthmaticis conferre Dioscorides scribit. At Spagyrinani ex humeris gigantis longiùs prospexerunt, & plura antiquis etiam Medicis ignota, sunt assecuti.

Galen. 9. simpl. cap. 36. Ægin. lib. 7.

Ex sulphure denique paratur etiam per campanam, acidum oleum, quod est affectibus dentium remedium vtilissimum, vlcera etiam cancrosa curat.

De Vitriolo. Cap. IX.

Vitriolũ efficacissimè humidas carnes conseruare suo condimento, ac exsiccare, testantur Galen. & Ægineta. Dioscorides autem id ipsum aduersus hausta fungorum venena, ex aqua

Galen. 9. simpl. Ægin. lib. 7.

aqua potum auxiliari scribit, vt iam diximus. Pro externis, ingreditur emplastrum dyachalcith. ad vlcera curanda. Recentiores Medici, ex vitriolo oleum parant ad epilepsiam, & alios morbos, cuius Mathiolus meminit, & alij plerique. Nos ex vitriolo multa paramus remedia, spiritum nempe, oleum subdulce & acidum, colchotar, sal & ochram. Spiritus pellitur per nonum alembicum, reaffundendo semper liquorem super caput mortuum, tandemque ipsum circulando per octo dies in Bal. is ad epilepsiam valdè conducit. Separato autem phlegmate ex colchotare rubro, vi ignis fit olenm acidum, quod dulcoratur circulatione cum vini spiritu, febribusq; putridis, cũ aqua cichorij aut ptisana exhibẽtur. Aciditate enim putredinem arcet, quẽadmodum & syrupus è succo limonũ, & obstructiones pellit partium tenuitate. Quapropter ad delendas viscerũ obstructiones, hepatis nẽpe & lienis, valdè efficax est. Miscentur aliquando huius guttæ aliquot cum conserua florum cichorij, fitque gratissimi saporis medicamentum ad extinguendam sitim immodicam. Ignari interim istud remediũ acre esse dicunt, ideoque reiiciendum, sed boni illi viri multùm falluntur, cùm id si optimè præparetur, subdulce sit, & succus limonum, cuius in Medicina vsus tamen probatur, sit ipso

multò accidior, vt quo margaritæ soluãtur & vasa etiam stannea rodantur. Neque minùs succus ille solus exhibitus, quàm vitrioli oleum ventriculo noceret, conditus tamen saccharo, febrium ardentium putredinem, pestilentiumq; malignitatem cohibet acciditate: quod præstare etiam sine ventriculi læsione oleum vitrioli non per se, sed conuenientibus rebus commixtum infiniti Medici Spagyrici quotidie experiuntur: qui etiam pro externis insipido & dulcorato colchotare vtuntur ad vlcera exsiccanda, & ad sanguinis profluuium sistendum.

De Antimonio. Cap. X.

NOn ad externa tantùm, sed ad interna etiam ex Antimonio parantur medicamenta. Chymiatri enim ex ipso summum extrahunt medicamentum, quod tincturam Antimonij vocant. Isti enim Antimonij vires in humano corpore experturi, illius arcana perquirere non sunt veriti, cùm præsertim perspexissent illud esse auri expurgatorium quàm maximum, & omnes ipsius impuritates fugare posse. Qua ratione elaborauerunt in perquirendis Antimonij virtutibus, quò tentarent, nùm in humano corpore expurgando talia præstaret, quæ in auro mundando

dando agere ipsum cõstat. Tandem optatum assecuti sunt finem, ac experti fuerunt maximam huius medicamenti præstantiam ad restaurationem siue renouationẽ corporis humani, præsertim ad morphæam, malum mortuum, lupum & vlcera omnia maligna curanda. Tinctura enim illa expurgat atrum sanguinem & vitiosos quosque humores, idque sine euacuatione manifesta, sed sola prauorum humorum correctione. Nequis autem existimet, me de illo Antimonij vitreo verba facere, quo hodiè multi imperiti maximo cũ damno vtuntur: pernitiosum enim est medicamentum, quòd sui acrimonia, facultatem irritando expultricem per superiora & inferiora, magna cum perturbatione ducit. Quod ego probare nullomodo possum: non enim violentibus quibusvis purgationibus morbi omnes curantur, sed conuenientibus. Nam, vt inquit Hippocr. 1. Aphor. Si talia purgentur, qualia purgari debent, confert & facilè ferunt, sin minùs, contrà. Caueant ergò ab omnibus istis vitrificationibus veri Philosophi, neque tincturas, aut medicamenta sua in ipsis quærant. Sequenti igitur methodo vtendum.

Cape tantùm quod est purum in Antimonio, hoc ipsum extolle ter, dando ignem sublimationis, quo sublimetur totum sine vllo

capite mortuo: sic obtinebis totum ipsius sulphur cum proportionato Mercurio, quod verum lilium dicitur: istud in reuerberatorio vase hermeticè clauso decoque, dando gradus ignis donec albefiat, & rubini tandem color appareat, ex quo cum alcoole glaciati corneoli, vt supernatet octo digitis, extrahes pretiosam tincturam, quam circulabis in pellicano, ad perfectam vsque graduationem, & fixationem.

Cum terrea muria fixatur etiam, ablutionibusque alkali extrahitur, remanet tandem flores antimonij albissimi, qui sudores potenter mouent, si illorum exhibueris cum aqua cardui benedicti ʒ.ß. ad febres intermittentes optimum est medicamentum.

Pro externis ex ipso Antimonio extrahitur rubicundissimũ sulphur cum tartaro & nitro, aut cum solo capitello ex calce viua & cineribus parato, eliciturque oleum multis modis, quæ omnia ad curanda cancrosa vlcera multùm proficiunt. Hæc de rerum metallicarum præparationibus à nobis dicta sufficiant. De quibus, accuratiùs & fusiùs, alio libro breui Deo dante agemus, in quo sunt ista omnia maioribus vigiliis à nobis elucubrata.

De veris Gemmarum & pretiosorum lapidum præparationibus.

Cap. XI.

EX

EX variis lapidibus varia præparantur medicamenta saluberrima, præsertim ex pretiosis, qui & secundum totius substantiæ proprietatem, & secũdum qualitates effectrices, syncopen tollere, putredinem sistere, corroborare, ipsumque ab omni veneni labe tueri ab omnibus Medicis creduntur, qua ratione ægris præscribuntur in affectibus pestilentibus, cõtinuis & ardẽtibus febribus, Electuaria Analept. Nicol. Myrep. Dyamargarit. Antidotum è gemmis: Confectiones Hyacinthi & Alkermes. Quæ Margaritæ, Sapphirus, Smaragdus, Granati, Hyacinthus, Sarda, id est corneola, Iaspis & Corallus ingrediuntur: qui quidem lapides meritò cæteris præstare dicuntur, propter ipsorum & temperantiam, & splendorem summum, qui nec corrumpitur, nec aliquo ignis ardore deperditur, propter spirituum solam fixationem, quæ in ipsis satis percipi potest: qua ratione etiam auri vires quodammodo æmulantur in curatione morborum: dicunturque inter reliquos lapides pretiosi, quemadmodum & aurum pretiosius dicitur cæteris omnibus metallis. Horum autem lapidum facultas quamuis sit cardiaca, propriam tamen vnusquisque habet vim & particularem, ad diuersos curandos affectus. Sapphirus

enim potus, speciatim ictos à scorpione iuuat: Hyacinthus quoque virulentarum bestiarum ictibus medetur, & somnum conciliat: Smaragdus non potus modò, sed & collo appensus melancholicis affectibus confert, & cum comitiali morbo, tanquam cum hoste, prælitur: Iaspis vel collo appositus, modò os ventriculi attingat, vel annulo gestatus stomachum adiuuat, cuius rei Gal. scribit se feciſſe periculum: confert etiam ad accelerandum partum, secundum Dioscoridem. Margaritæ syncopen tollunt: coralli astringendo stomachum roborant, & sanguinis reiectiones magnoperè sistunt. Quibus omnibus pretiosis lapidibus, in puluerem tenuissimum redactis, vt alcool, sine alia vlla præparatione Medici vtuntur, ad prædictos illos omnes affectus: quamuis sanè vel quàm minimùm proficiant, præsertim ad cordis corroborationem, si ex ipsis spurior essentia priùs non eliciatur, quod sola ars Spagyrica præstare docet, secundum quam extrahetur corallorum tinctura, vt sequitur, quæ non tantùm ad vsus prædictos exhiberi solet: sed ad purificandum totum sanguinem, ad morphæam, herpetes, & affectus omnes matricis curandos.

Galen. 9. simpl. cap. 29. Lib. 5. ca. 107.

Tinctura Corallorum.

Calcina corallos rubros & electos in igne reuerberij, dando tamen ignem secundi gradus,

dūs, ne tinctura ipsorum, ignis violentia exhalet: Calcinatos, pulueriſato ſuper marmore tenuiſſimè, eosque indas in matratium vitreum, deſuper infundendo menſtruum cœleſte, diſtillatum cum proprio ſuo ſaccharo, vt ſupernatet 8. digitos: putrefiant omnia in B. vaſe hermeticè clauſo per 10. dies, donec menſtruum totam tincturam ſibi aſciuerit: ſeparato mēſtruo per B. remanet pretioſa tinctura in fundo, cuius exhibetur guttula altera cū aqua cichorij aut fumariæ. Menſtruum illud cœleſte, omnium gemmarum eſt verum mēſtruum, quas vera ſolutione ſoluit, & inde vera eſſentia elicitur: Hancq; omnes docti medici corporibus magis ſanandis proficere iudicabūt, quàm ipſarum ſolus puluis. Id etiam menſtruum Adamantem (qui contra multorum opinionem venena etiam omnia irrita facit) mollem reddit & ſoluit, ſi ipſis ſuperiniiciatur ſal extractum ex ſanguine hircino, & ſimul diſtillētur reiterata diſtillatione ter ſuprà caput mortuum. Adamantis autem præparationem prætermitto, quemadmodum & Rubini, quòd ſint lapides maximi pretij & ſolis Regibus expetendi.

Eſſentia Margarit.

Margaritas etiam ſolues vera ſolutione cū prædicto menſtruo: ſed ſi eo careas, vtēris acido menſtruo alcoliſato cum debita proportione, vini ſpiritus etiam alcoliſati, ſucco

etiam limonum, & berberis deputatis, filtratis, & præparatis vt decet, eadem enim præstant. Ablutionibus auferes ex Margaritarum anima aciditatem, si aliqua remāserit ratione menstrui. Exhibentur autem huius essentiæ grana duo aut tria cum iusculo competenti, quod statim lactis instar dealbatur, ad cordis corroborationem & vires reficiendas: Earum etiam essentia putredini cor obsidenti, pestique & venenis obsistit. Eadē ratione ex prædictis aliis gemmis essentiam propriam elicies, veramq; ipsarum præparationem poteris assequi ad multos curandos morbos.

Hoc modo etiam præparabis spongiarum lapillos, lapidem Iudaicum, Lyncis & crystallos, ad calculos renum conterendos.

Essentiæ Boli Armenæ & sigilli Lemnij, mirum in modum conferunt pestilentibus affectibus: mortiferas quoq; & venenatas potiones nocere prohibent.

Quòd si ad supprimendum sanguinem his vtaris, nulla egēt alia præparatione, cùm terræ sit proprium condensare, & astringere, quemadmodum & essentiæ viuificare. Sic de terra Samia, sic de lapide Hæmatite dicto, & cornalino intelligendum, quod doctus Philosophus facillimè assequetur.

DE

DE MEDICAMENTIS QVÆ EX ANIMALIBVS DESVMVNTVR, SPAGYRICE præparandis.

De triplici Mumia. CAP. I.

MEdicamenta quę ex Animalibus parantur, ſecundum obtinent perfectionis gradũ: habẽt enim plus efficacię, quàm quæ ex vegetabilib. præparari ſolẽt, quæ & minori frigore & calore intereunt, & ipſorũ facultas facillimè deperditur, vt vix quicquã proficiant ad curationes morborum præſertim cùm vulgò nõ præparẽtur. Inter Animalia autem, Homo primas iure tenet, ex cuius triplici mumia, liquida videlicet, recenti, & ſicca, aut tranſmarina, varia conflãtur ſalubrima remedia ad infinitos morbos curãdos. Hæc vltima mumia Medicis vetuſtioribus nõdum cognita fuit: quæ nihil erat aliud, quàm humani cadaueris, thure, myrrha & aloe in ſepulcro cõditi liquamẽ: qua cõdiẽdi funera ratione, Syriaci, Ægyptij, Arabes & Iudæi olim vſi ſunt, vt à corruptione cadaue-

De his consule Strab. Auicēnam & Serapio. ca. 304.

ra vindicarent. Quæ natiua mumia, Græcis Pissasphaltus, quòd illo bituminis genere mortuorum corpora condirentur, dicebatur, qua ipsi vtebantur peculiariter, & intrò & extra, ad sanguinem vndecunq; prorumpentem sistendum, ad cor & ventriculum roborandū, & ad alios infinitos affectus curandos: præsertim quando abiectis ossium fragmentis terra & carne exsiccata, liquorem concretum & collectum in cauis humani corporis partibus assumebant.

Sed vera illa & natiua antiquorum mumia hodiè sumus destituti: carneq; exsiccata Medici & Pharmacopolæ in locū ipsius vtuntur: idque sine vlla præparatione, quamuis exipsa possit saltem elici essentia quædā purior, quæ quodammodo proprietates & vires veræ mumiæ potiùs æmulari queat, quàm terrea illa substantia sola, caroq; exsiccata, quę vix quicquam ad corpora sananda proficere potest. Sic ergò illam vulgarem præparabis.

Præparatio Mumiæ siccæ.

℞. Mumiæ electæ contusæ & in frustula dissectæ ℔.j. spiritus vini alcolisati, & therebentinati clarui menstrui an. vt supernatet quatuor digitos: indantur omnia conuenienti matratio hermeticè clauso, & putrefiant in calore primi gradus per quindecim dies, donec menstruum instar rubini tingatur: separabis per Bal. menstruum, quod reseruabis

ad

ad eosdem vsus, & in fundo remanebit tibi mumiæ siccæ vera tinctura, quam circulare poteris, si voles cum vini spiritu per aliquot dies, & hac ratione puriorē ex ipsa mumia essentiam elicies: quæ summoperè conducit ad curationem omnium venenorum per se: aut si cum theriaca permisceatur, in peste præstātissimum est remedium, quod satis laudari nō potest. A corruptione omnia corpora tuetur: commodè etiam ad curationem phthisis & Asthmatis exhibetur, si cum conserua helenij & violarum permisceatur: prodest etiam pluribus aliis affectibus. Fæces verò quæ remanent, ad sedandos dolores pro topicis in vnguentis apponuntur.

Restat vt de mumia Chymiatris nota loquar: hanc cōstituunt duplicem, liquidam & recentem, illam sic præparandam censent.

Præparatio mumiæ liquidæ.

2. Mumiæ liquidæ puræ & electæ, alcoolis vini. an. ℔. j. mixtis optimè & vitro inditis, digerantur in fimo calenti, aut Bal. per xij. dies, pòst distillentur vt decet, reiterata bis distillatione: rursum digerantur per xx. dies, & distillentur tertia vice, relinquatur deinde vas in calore Balnei aut fimi, donec binæ essentiæ percipiantur, vna aurei coloris, & albi altera. Hæ essentiæ eligantur, circulenturque cum simili menstruo, in pellicano per plures dies, separando semper fæces, & impurum à

subtili & puro, reiteratis digestionibus & rectificationibus, præstantissimũ medicamentũ fiet. Huius exhibetur ℈.j. singulis mensibus in plenilunio Epilepticis: morbum enim mitigat, & pellit, estq; illius proprium alexipharmacum: sanguinem quoque purificat.

Præparatio mumiæ recentis. Mumiam autem recentem, & electã scinde per minima quantùm fieri poterit, indatur matratio oblongo collo, affundendo menstruum oliuarum, putrefac omnia per mensem integrum, vase clauso hermeticè, vt fiat solutio. Deinde aperto vase, transfunde materiam cucurbitæ vitreæ, quam colloca in Bal. vt vase aperto, exhalet Mercurius, quod fit cum incredibili fœtore: sic remaneat, donec nullus exeat fœtor & mumia tota dissoluta sit. Solutionem infunde in aliud vas, quod supereſt, digeratur denuò in Bal. donec prodeat in oleum crassum & fuscum instar syrupi. Quo facto circulabis omnia cum vini spiritu optimo in Bal. per xx. dies, separato tandem spiritu, remanebit in fundo rubicundum, & odoriferum oleum, omnes Balsami naturalis habens proprietates, quodque venenatis omnibus, & pestilentibus affectibus valdè conducit.

Tinct. Mumiæ. Cape huius sic præparatæ mumiæ ℥. ij. vini alcoolis optimi ℔. ij. circulentur in vase circulatoria per mensem integrum: Menstruum distil-

distilletur per alembicum, denuò digerantur in vase hermeticè clauso, atque vt suprà quater reiterata, donec sui corporis naturam omnimodo materia prædicta amittat, & in tincturam prodeat: quæ quidem tanta pollet facultate viuifica, vt nulla sit particula, quam ipsa non penetret, nullum vlcus, nullaue corruptio, quam non curet, si ipsius exhibeas bis quotidie per aliquod tempus grana quatuor aut quinque cum decocto conuenienti.

De Cranio humano. CAP. VI.

CRANIVM non humatum proprietate quadam Epilepticis prodesse, doctorum multi scripserunt: qua ratione non alienum fore putaui, si veram traderem ipsius præparationem. Non enim existimo doctorum esse quenquam, qui dubitet efficacius multò ac vtilius fore istud remedium rectè præparatum, & in essentiam tenuem redactum, ad curandos illos affectus: præsertim si essentiam morbi, causas, & remedium tandem ipsum sedulò perpendat. Ad præparationem igitur me confero, cuius plus proficiet ℈. j. quàm integrum cranium exsiccatum & pulueriſatum; cuius essentia sic extrahitur.

Essentiæ Cranii humani.

℞. Rasuram cranij hominis non humati,

cui affunde ſpiritum vini ſaluiati, vt ſupernatet ſex digitos, digerantur ſimul in Bal. per dies xiiij. vaſe clauſo, deinde diſtillentur per retortam, dando ignem per gradus more aquæ ſtygię, rurſus infunde diſtillationē capiti mortuo priùs contuſo, putrefiant per viij. dies, & deſtillentur vt priùs, idq; ter facias. Demùm circulentur omnia ſimul per aliquot dies, ſeparatoque tuo ſaluiato menſtruo, in fundo remanebit cranij eſſentia, coaguli inſtar, cuius exhibeas ℈. ſ. cum aqua florum tiliæ in paroxiſmo & ante paroxiſmum.

Vel raſuram nō humati cranij decoque cū meliſſæ ſpiritu, & betonicæ decocto, affunde ſeorſim aquam, iterumque nouam affunde, donec nulla vis cranij amplius remaneat. Tū aquas omnes in Bal. euapora. Remanet in fundo coagulum, quod iterum reſolue, euapora & coagula, tantiſper dum igne lentiſſimo materia in fundo remanēs, ſublimari poſſit. Hoc ſublimatum multùm confert Epylepticis, & aluum ſine perturbatione, (quamuis copioſè) mouet.

De viperis. Cap. III.

Gal. libello de Theriaca ad Pisonem. Ægi. li. 7.

Galenus, & alij medici Græci plura ex Andromacho de præparatione viperarum docuerunt, ac ipſarum virtutes in curatione lepræ, præſertim

ſertim quòd totum corpus per cutem expurgent, experti fuerunt: ex quarum carne (præciſis priùs capite & cauda, quod ſint partes virulentiores, & modicæ carnis compotes) decocta in cacabo cum aqua pura, anetho & ſale, addito pane triticeo & arido, fingebant paſtillos, qui ipſam etiam ingrediebantur Theriacam. Ex viperis autem præſtantiſſimũ parabis remedium ad lepram, peſtem, & venenata omnia vulnera ſequenti modo. Menſe Iunio cape quatuor aut ſex viperas, ex quibus & caudam & caput abiicies, cutem inteſtinaque detrahes: carnẽ verò minutim præciſam, indas cucurbitæ vitreæ, per tres aut quatuor dies, vt in calore Balnei vaporoſi, vel fimi calidiſſimi ſudorem ipſarum pellas: (caue tamen, ne fumi huius aërem è viperarum exhalatu vitiatum, & venenoſum inſpires,) quo facto ſuperfũde ſpiritus vini alcoliſati, & terebinthinati ſolutiui an. vt ſupernatet 8. digitis, digerantur vaſe occluſo hermeticè in Bal. vel fimo calidiſſimo xij dierũ ſpatio, donec tota caro viperarum diſſoluatur in prædicto menſtruo, abiectis fæcibus ſeparetur mẽſtruum in calore Bal. & fiet coagulum, cui denuò affunde ſpiritum vini Caryophyllatum: fac circulentur in pellicano 10. dierum ſpatio, & ſeparato menſtruo remanebit caro viperarum optimè præparata, ac eſſenſifica-

ta, cui misce subblandum ignem, olei anethi & cinnamomi an. ℈. j. ß. essentiæ croci & margaritarum an. ℈. j. cum mucagine gummi tragacanthi finge pilulas, vel si vis cum pane triticeo arido & trito more veterum pastillos.

Huius medicamenti exhibetur ℈. j. ad lepram, pestem, & ad omnes venenatos affectus.

Ex viperarum cute, aut etiam serpentium spoliis exsiccatis, & præparatis secundum artem, puluis vulneribus serpentum & bestiarum virulentarum, appositus multùm confert, Item velneribus cancrosis & malignis curandis.

De cornibus & ossibus cardiacis, Moscho, Zibetta, & Castoreo, præparandis.

Cap. IX.

OSSA vel comburuntur, vel decoquuntur cum vehiculis cõuenientibus, vt ex ipsis tandem elici possit purior essentia cum vini spiritu, quod fiet eadem methodo qua Cranium humanum suprà præparandum esse iam scripsimus. Igitur sic extrahes essentiam ex osse cordis cerui, quod hominis cor quadam substantiæ similitudine roborat, & ad cardiacam affectionem, syncopenq; inprimis vtile est.

In

In eo differt eius præparatio à superioribus, quòd cum alcolisato Chelidoniæ spiritu fiat, tanquam cum proprio menstruo.

Pro illo osse, in eosdem vsus cornu cerui substituitur, cuius essentia cum Hypericonis alcoole extracta, infantulis, lumbricis, laborantibus, exhibetur.

Cornu Monocerotis, omnium præstantissimum eodem modo præparabis: tuetur autem cor, & omnem veneni vim obtundit, pestilentibusq; morbis cõfert. Proprium ipsius menstruum est alcool Melissæ.

Ebur etiam sic præparatur, cuius vires sunt cordis robur tueri, & conceptionem iuuare.

Ex Moscho, qui languidas partes firmat, & roborat, lipotymiamque & vires resolutas sarcit, extrahitur prætiosa quædam essentia cum vini spiritu terebinthinato, tanquã cum proprio suo dissoluuiuo.

Sic ex Zibetta.

Castorei quoque essentiam extrahes eadem ratione, cuius guttula, tremori, conuulsioni, & omnibus neruorum vitiis, summa cum vtilitate exhibetur cum decocto florum Anthos, saluiæ & betonicæ. Et foris apponitur in conuulsione, præsertim si fiat, non ex inanitione, sed plenitudine, & quando quæ in neruis continentur præter naturam, eua-

cuare oportet. Cum aqua pulegij, mẽses mouet, partus & secundas eiicit, opiumque aliàs mortiferum emendat.

De pinguedinum & axungiarum præparationibus ac oleis.

Cap. V.

PRo topicis, ex animalium omnium axungiis Chymiatri olea extrahunt per alembicum æneum igne lentissimo, in quibus maior reperitur vis attenuandi, resoluendi & leniendi, quàm in solis axungiis non præparatis, quòd videlicet subtilium & tenuium partium magis reddantur. Quam sententiam confirmat Galen. 11. simpl. cùm de Castoreo hæc refert: Porrò, inquit, quoniam impensè subtilium est partiũ, ob id plus valet, quàm alia, quæ similiter vt ipsum, & calefaciunt & desiccant. Nam addit, Quæ tenuium sunt partium medicamenta, iis quæ sunt crassarum, plus sunt efficacia, etiãsi parẽ sortita fuerint facultatem, nimirũ quia penetrent, & in altum subeant admotorum corporum, potissimùm si ea densa fuerint, velut neruosæ partes. Quæ Galeni verba si perpendantur, non existimo fore quenquam, qui non comprobet extractiones & oleorum & essentiarum, quibus nos vtimur, illarumq; vsum in medendo non laudet.

Sic

Sic extrahuntur olea ex Axungiis,

Hominis,	Anguillæ,
Taxi,	Capi,
Vrsi,	Gallinæ,
Vulpis,	Anseris,
Cerui,	Anatis.
Cati,	Vituli,

Porci, & ex omnibus medullis, quæ omnia resoluunt, leuiunt, & multis affectibus curandis prosunt.

Ex butyro eodem modo extrahitur oleum valdè anodynum ad eosdem vsus, & dolores omnes sedandos.

Ceræ oleum ad resoluendum, & attenuandum conducit, scirrhosis, frigidisque omnibus affectibus confert. Debet priùs liquari ad ignem, donec nullos ampliùs crepitus emittat, antequam vasi imponatur. Si ad singulas ℔. addideris salsuginis terræ priùs exsiccatæ ℔. ß. extrahes prima vice oleum candidum aquæ supernatans.

De variis animalium partibus. CAP. VI.

EXvariis etiam diuersorum animalium partibus, varia desumuntur vtiliaque remedia, quæ minimis egẽt præparationibus, sed quę tamen in officinis reseruari debent, propter summam quam obti-

nent in medendo facultatem. Nam cancrorum fluuiatilium calcinatorum ad albedinem cinis, aduersus morsum canis rabidi laudatur.

Cancrorum etiam oculi, calcinati in reuerberio, exhibentur feliciter calculo laborantibus: & ad omnes pellendas viscerum obstructiones cõferunt: quod in Aubertum iam suprà ostendimus.

Vermium terrestrium aqua distillata confert ad hydropem, & ad infantulorum vermes necandos: appositi etiam viui prosunt panaritio.

Item aqua stercoris bubuli mense Maio collecti Hydropicis etiam prodest, & ad curanda cancrosa vlcera.

Vermium mille pedum puluis, ad affectus oculorum.

Vrina quoq; Cati distillata, ad surditatem.

Ossa, maximè Lupi exsiccata, & in puluerem redacta, ad morbum intercostalem, ad ictus & punctura.

Hyrundinum aqua epilepticis.

Aqua spermatis Ranarum, ad repellendum & sistendum sanguinis omne profluuium, & faciei ruborem.

Coagulum Leporis, cum hydromelite potum, ad comitialem morbum.

Ossa quædam paruula, quę inueniuntur in prio-

prioribus leporis pedibus, ad vrinas potenter mouendas prosunt, si puluis illorum cum vino albo exhibeatur.

Os sepiæ ad eundem affectum feliciter præscribitur.

Puluis iecoris Ranarum exsiccatus, in accessione febrium, præsertim quatarnarum, rectè assumitur.

Nec prætermittam inter cætera remedium specificum & experientia sæpius comprobatum, ad calculum renum, quod paratur hoc modo: Mense Martio lapilli quidam in bouis ventriculo inueniuntur, qui si assumãtur cum vino albo, calculum soluunt. Mense etiam Maio in vesica fellis tauri lapillus repetitur, qui si vino imponatur, calorem croceum mutato paululùm sapore, contrahit. De hoc vino quotidie recenti affuso, singulis diebus ægri bibant, donec lapis vino impositus omninò consumptus sit. Hac ratione calculum comminui, & tandem consumi experientia multis constat.

Plura alia ex partibus animalium parantur remedia, quæ nec per se damnari à multisignaris, nec illorum præparationes reiici debent, quòd ipsis incognitæ sint. Quæ quidem omnia facillimè assequenter aliquando, si modò ea prima fronte non damnent, quæ nõ norint: & impossibilia sibi iam ea credant

(non capaces rerum tantarum) quæ tamen inuestigando & sedulam manuum operi adhibendo, non sine admiratione, & vtilitate ægrorum non mediocri, certissima & vero Medico digna comprobabunt.

DE MEDICAMENTIS QVÆ EX VEGETABILIBVS DESVMVNTVR, SPAGYRICE præparandis.

De vino. Cap. I.

AStirpibus & arboribus multa depromuntur medicamenta, ex ipsorum videlicet foliis, floribus, seminibus, fructibus, radicibus, corticibus, lignis, ex succis prædensis, concretisve liquoribus & gummi, de quibus copiosè antiqui disputarunt: veras tamen præparationes ipsorum obticuerũt, aut fortassis ipsas ignorarunt, de his autem nunc mihi datur dicendi locus. Atque vt à vino exordiar, duo ex ipso præstantissima conficiuntur menstrua, quæ reliquarum fermè omnium rerum essentias facillimè extrahunt. Vnum vini spiritus secundum artem præparatus dicitur: Aliud ace-

âcetum distillatum & alcolisatum vocatur. Ex priori menstruo per reiteratas distillationes, & phlegmatum separationes oleum spiritui supernatans elicitur, multis rebus cõducens, & corpora prius, vt decet, calcinata soluens, si in proprio sale seminetur, digeratur, & inde tandem distilletur. Aliud autem vel proprio etiam sale, vel melle acuitur, aptiusque ad soluendum redditur.

Præparationes Tartari.

Cæterum Vini fæx, variis modis præparatur ad internos & externos affectus. Tartarũ enim crudum si pellatur per retortã vitream, cum suo recipiente, more stygiæ, producit magnam copiam spirituum alborum, qui tãdem in aquam, & oleum crassissimum & fœtidũ conuertuntur: separatur autẽ oleum illud spissum ab aqua, per infundibulũ, quod quidem vlceribus exsiccandis & curandis cõfert. Aqua autem, si cum colchotare bis aut ter distilletur, ita purificatur, vt fœtorem prorsus amittat: ad pellendas autem omnium viscerũ obstructiones, lienis præsertim & hepatis, atque ad omnes morbos tartareos valdè conducit. Cui medicamento, si vim & facultatem adaugeri velis, ipsum circulabis cũ vini spiritu in Bal. per 4. dies, deindè separato mẽstruo per Bal. remanebit tibi spiritus Tartari, ad prædicta, optimus.

Si autem caput mortuum nigerrimum cal-

cinaueris ad albedinem in reuerberio, cum calida sal extrahes ex ipso per filtrum; quod coagulatum ad ignem, in humido resoluitur in aquam siue oleum, ad faciei maculas & vlcera detergenda. Parantur ex Tartaro infinita alia medicamenta, de quibus aliâs, & breui, Deo fauente, dabitur disputandi locus.

De extractione liquorum ex plantis, seminibus, floribus, radicibus, &c.

Cap. II.

Herbarũ essentia.

Chelidoniam contusam indas cucurbitæ vitreæ optimè obturatæ, ad digerendum per quindecim dies, in putri calido vtero: post appositio rostrato alembico, primò, lento igne aquam separabis ad siccitatem capitis mortui, quod contundes, ipsi reaffundendo elementum aquæ priùs distillatum, vt supernatet 4. digitis: obturato vase putrefiant omnia in Bal. per octo dies, pòst distillentur rursus dando ignem per gradus, donec nulli prorsus prodeant spiritus: hanc autem secunda distillatione aquã & aerem obtinebis, phlegma, si voles, separabis per Bal. quod reserua. Terram autem siue caput mortuum reliquum, calcina igne lento per dies aliquot: quod tandem calcinatum & dealbatum imbibe phlegmate

reseruato: putrefac in Bal. & distilla per alembicum, donec materia in lapillos albos prodeat, qui reiteratis solutionibus & coagulationibus cum aqua propria cristallini fiunt, sicque terra optimè purificatur: quæ quamuis alba sit, ignem tamen & tincturam intrinsecam continet. Huic ergò superiniicito priora duo elementa, vt suprà reseruata, & circulentur simul in Bal. donec appareat & supernatet oleum, quod vera dicitur essentia, infinitis prædita facultatibus.

Eadem methodo Melissæ, Saluiæ, Valerianæ & reliquarum eiusmodi omnium veras poteris assequi præparationes.

Sic etiam facies de floribus omnibus, vel hac via, si addideris pro lib. florũ lib. 6. aquæ pluuialis vel distillatæ, digerendo omnia per aliquot dies, postea illa distillando per alembicum cum suo refrigeratorio. Præsertim autem essentiã elicies ex floribus qui sequũtur, Chamęmeli, Mililoti, quę olea valdè anodyna sunt: Stœcados, Anthos, Betonicæ, hæc cerebri affectibus medẽtur: Absynthij, Mẽthæ, ista ventriculo prosunt: Genistæ, Tamaricis, quæ lienis affectibus conducunt: Thymi, Epithymi, Origani, quæ melancholiã domant: & ex similibus priùs ad solem, vt decet, exsiccatis, quorum proprietates omnes facillimè medicus assequetur. *Olea florum.*

Olea seminũ, & radicũ.

Item de seminibus in puluerem redactis, vt Anisi ad flatus discutiendos, Fœniculi ad affectus oculorum & suffusiones.

Vna eademque prorsus viâ essentia radicum extrahetur, Angelicæ scilicet, Bistortæ, Gentianæ, Tormentillæ, Caryophyllatæ, quę pestilentibus affectibus conferunt: Cyperi, Acori, Costi, ad roborandum ventriculũ: Dictami ad sedanda parturiẽtium tormina: Helenij, Eryngij, Glycyrrhizæ, Irid. Illyricæ, ad pulmonum affectus, Pæoniæ, Epilepticis conducens.

Olea fructuum.

Ex fructibus sic etiam fiunt olea, vt ex nuce Cupressi, baccis Lauri, Iuniperi, quę moderatè calefaciunt & roborant.

Ex amaris & dulcibus quoque amygdalis, idq; per Balneũ, pro Asthmaticis, Nephriticis, Iliacis, & ardoribus vrinę curandis, si ipsius vn. ij. aut iij. exhibeantur. Quæ quidem olea nostri Pharmacopolæ præstant vel ignis expressione, aut saltem cum aquæ vaporibus.

Olea aromatum.

Sic ex Cinnamomo, cuius oleum corroborat, prostratasque vires reficit: ex nuce Moschata, Pipere, quorum olea assumpta vel admota, imbecilliori ventriculo cõducunt, matricemq; confortant: & ex Caryophyllis elicies olea, quæ vna prorsus & eadem methodo cum aqua distillantur, ipsiq́ue supernatant: separantur autem per infundibulum: solum

oleum

oleum Caryophyllorum fundum petit, quoniam est inter reliqua minus aëreum: aquam tamen membrorum pellit, & melancholicũ purificat sanguinem, & conuenit imbecillitati visus, si huius guttula vna aut altera manè primo vini hausțu assumatur.

Croci autem essentia, quæ ad omnes roborandos spiritus conducit, fit cum vini spiritu, qui super ipsum iniici debet toties, donec tincturam totã attraxerit, & remaneat terra subalba, cui calcinatæ priùs vt decet, indas essentiam extractam cũm suo mẽstruo, omniaque circulato in Bal. tùm demum pelle per cineres. Quo facto separa vini spiritum in matratio, & in fundo remanebit croci essentia, infinitas habens proprietates, si guttula cum liquore aliquo, vel iusculo aut vino permiscea-tur: spiritus prostratos reficit & roborat mirũ in modum. Sic elicitur essentia Camphoræ.

Oleã Corticũ & lignorum.

Ex corticibus & lignis omnibus, præsertim calidis, vt ex Gaiaco, Iunipero, Sambuco, & similibus, per descensum oleum extrahitur, fœtidum tamen, quo vtimur in externis affectibus.

Sic fit oleum Gagatis ad matricis affectus valdè vtile.

Quòd si quis ex præscriptis herbis & floribus aquam extrahere solummodò velit: primò omnia contundat in marmore, deinde

putrefactis priùs per aliquot dies in fimo, distillet in Bal. vaporoso per alembicum vitreũ: aqua autem ad diuersos vsus reseruetur.

Oleorum officinariorũ vera præparandi methodus, pro topicis.

Pro externis autem, ex Rosis, Violis, Nymphæa, Papauere albo, Hyoscyamo, Mandragora (quæ omnia inflammationes & ardores extinguunt, phlegmonas sedant, membra roborant, densant, fluxiones sistunt, deliria cõpescunt, & somnum accersunt) virtutem totam melius elicies mediante oleo oliuarum, quàm sit in vsu officinariis, si sequenti vtaris methodo.

℞. Oleum omphacinum, quod ablue aqua communi distillata ipsumque purifica in Bal. donec nullas amplius fæces seponat: deinde huius olei sic præparati cape ℔. j. rosarum rubrarum recentium vnguibus expurgatarum & tritarum in marmore ℔. j. s. indantur omnia in matratio vitreo bene obturato, vt putrefiant in fimo præparato & calenti per 12. dies: Post expressis omnibus, & abiecto magmate, recentia & tria in marmore folia oleo reseruato, denuò immittantur, ac in matratio obturato putrefiant, vt prius in putri vtero calido per 12. dies, idque reiterabis tertiò, vt perfectum & optimum oleum assequaris. Sic cætera olea refrigerentia pro topicis medicamentis optimè conficies.

Sic olea cydoniorum & myrtillorum, quæ refri-

refrigerant & astringunt, anoque, ventriculo iecori, cerebro, & intestinis imbecillioribus accommoda sunt.

Eadem via olea Chamæmeli, & Liliorum, quæ neruos corroborant, modice resoluunt, & dolores apprimè sedant, nisi quòd cum oleo dulci maturo, præparato vt dixi, fiunt.

Ex mentha autem, absynthio, nardo, lentisco, & reliquis quæ modicè calefaciunt, vêtriculum, & alias partes illita corroborant, concoctionemque iuuant, cum omphacino extrahitur eodem modo oleum: sed priùs præparatur cum propria ipsorum aqua & vino astringente, & ab omnibus fæcibus depurati debet in Bal. per aliquot, dies vt dictum est.

Quòd si quis potentiùs per ipsa olea calefacere, attenuare & digere velit, resumat æquas partes olei in Bal. depurati, & spiritus vini.

Si ex baccis Lauri & similibus, præstantiora elicies olea, si per mensem in fimo calido omnia digerantur, deinde exprimantur, & ad vsus reseruentur: conferunt autem frigidis cerebri & neruorum affectibus, flatusque discutiunt.

Præstantiora autem multò omnia hæc calidæ qualitatis olea fient, si per se cum solo vini spiritu per Bal. vaporosum extrahantur, sine olei additione. Oleum enim (vt inquit Ga-

» len. 1. simpl. cap. 15.) tametsi facilè inflamme-
» tur, non tamen admodum celeriter nos exca-
» lefacit, nimirum lenta crassaq; substantia sua
» tenaciter iis inhærens, quæ primùm contigit;
» proindeque longissimè omnibus perdurat,
» quibus fuerit illitum, scilicet nec ab ambien-
» te facilè aut extenuari aut digeri potens, nec
» intrò in corpus promptè transsumi.

De Lachrymarum, liquorum, & gummi omnium extrahendis oleis, & veris præparationibus. Cap. III.

PHarmacopolę ex masticis vn. iij. & olei omphacini ℔. j. cũ vn. iiij. aquę ros. parãt oleum, quod ad ventriculum hepatq; corroborandum, & ad lienteriæ vomitusq; curationẽ Medici præscribunt. Quæ quidẽ præparatio ridicula planè iis habetur, qui ex ℔. j. masticis sua arte elicient vn. 10. olei purissimi, cuius duæ guttulæ, vel assumptæ cum vino aut iusculo, vel admotæ affectæ parti, plùs proficient ad prædictos affectus curandos, quàm ℔. j. olei non masticis, sed potiùs oliuarum, quo Medici nostri nescio qua ratione, hodiè vtuntur. Sequenti igitur modo masticis oleum parabis.

Oleum masticis. Reducatur ℔. j. masticis in puluerẽ, quem indas vasi vitreo, superfundendo aquæ communis

munis distillatæ, & aquæ vitæ an. vt supernatent 4. digitis, occluso vase putrefiant in fimo per aliquot dies, post distillentur sepeliendo alembicum intra arenam, aut batituram ferri, dando ignem per gradus: primò distillabit cum menstruo oleum flauescens: illud seorsim reserua, & augendo ignem prodibit oleum rubicundum, tùm demum fortiori igne, crassum, & adustum sapiens: quòd si cum vini spiritu à priori separato circuletur, & rursus distilletur, tùm habebis verum oleum affectibus externis vtilissimum, præsertim ad corroborandum ventriculum & intestina imbecilliora: oleum autem flauescens, quòd primò distillatum est, exhibetur cum vino aut proprio decocto ad eosdem affectus, & ad defluxiones prohibendas. Separatur facillimè tota aqua vitæ, & potest ablui oleum si velis. Et si timeas ἐμπύρευμα illius, cum aqua rosarum aut simplici, præstantissimum parabis medicamentum. Ex lb. j. elicies hac via olei puri vnc. 10. Sic ex Thure oleum facies vulnerarium.

Oleum Terebinthi.

Item ex Terebinthina: sed istud elicitur leuissimo etiam calore, præsertim per Bal. vaporosum, quem ego distillandi modum magnoperè probo. Hoc oleum est calidum ac tenue alteque penetrans, plus quàm ipsa Terebinthina: frigidisq; neruorum & arti-

culorum affectibus medetur.

Oleum Coloph. & picis. Olea quæ ex Colophonia & Pice parantur, valent ad eosdem affectus: fiunt autem vt oleum ceræ.

Oleum hederæ. Sic etiam ex hederæ lachrymis oleum elicies, ad vrinas potenter mouendas.

Oleum myr. Sarcocollæ & cancami. Ex myrrha, Sarcocolla & Cancamo siue Laeca, quæ vulneribus consolidandis & carne replendis conducunt, parantur etiam præstantissima, variaque Balsama vulneraria, cum oleo Terebint. & Hypericonis.

Oleum styr. & benioini. Item facies olea ex Styrace cal. & Benioino quod prodest ischiadicis.

Oleum Euphorbii. Eodem modo oleum Euphorbij, quod cerebri, & neruorum affectibus multum conducit, surditati, aurium tinnitui, paralysi, tremori, spasmo: cuius præterà si guttula cum conuenientibus, immittatur naribus, pituitam elicit.

Oleum Bdellii & reliquorum gummi. Ex Bdellio autem sic oleum parabis. Bdellium temperetur in aceto distillato per xij. horas, vt vmdissoluatur: quo facto per setaceum transcoletur & ponantur ipsius fæces: Quod purum est, indas retortæ vitreæ addendo puluerisimicum calcinatorum mediã partem, & appositò recipiente, dabis ignem per gradus xij. horarum spatio: atque inde prodibit oleum efficacissimum.

Sic de Ladano, Galbano, Opoponace, Sagapeno,

gapeno, & Ammoniaco, olea conficies, quæ podagricos tophos emolliunt, & duricies omnes hepatis lienis, & cęterorum mẽbrorum potenter dissoluunt, si simul omnia vel distillentur, vel per se singula, præscripta methodo parentur. Iam supereſt, vt de simplicium purgantium spagyrica præparatione agamus.

De causis & ratione Spagyricæ præparationis simplicium purgantium.

CAP. IV.

MEdicamenta purgãtia, humores qui in corpore præter naturã cõtinentur attrahere, nõ cõmuni quadã, & promiscua vi, sed totius substantię similitudine ac proprietate, insitaq; familiaritate. Hippoc. lib de Natura humana scribit: cuius sententiã Gal. confirmat contra Asclepiadem & Erasistratũ, qui censebant purgantia medicamenta, nõ humorem vnum quempiam attrahere, sed quemcunque attigerint, in suam naturam conuertere & transmutare, atque promiscuè, hirudinis aut cucurbitulæ modo, serosos & tenues humores tanquam purgationi aptiores, prius quã crassos trahere posse. Sed cùm omnis attractio aliâs caloris vi, aliâs fuga vacui, aliâs totius substantiæ simili-

Lib. de purgant. med. fac.

tudine fiat, id vna qualitatis familiaritate aut totius essentiæ similitudine, vt scribit Galen. completur: quæ quòd planè percipi, neque verbis exprimi possit, Græcis ἰδιότης ἀῤῥητος, id est proprietas quæ efferri non potest, nominatur. Sic paleas succinum prolectat, & magnes ferrum: Qua ratione etiam rhabarbarum dicitur bilem propriè euacuare, Agaricus pituitam, & Senna atrā bilem: quamuis præter istam peculiarem purgādi vim, vnumquodque generalem quandam, alios humores detrahendi, facultatem obtineat: quod est iudicandum ex multorum medicamētorum compositione, quibus vtimur variis humoribus expurgandis, quæ sola & per se ad purgandum non sufficerent, nisi simplicia illa cōmuni quadam euacuandi facultate mutuas inter se operas conferrent, & communi quadam vi facultatem irritarent expultricem. Oportet enim (inquit Galenus) vt commixta sibi inuicem medicamenta consentiant, neque vlla in re discrepent. Horum autem medicamentorum alia sunt cholagoga, quæ flauam bilem imprimis euacuant, alia phlegmagoga, quæ phlegma, alia verò melanagoga, quæ atram bilem, deinceps verò reliquos humores educunt. Sunt & alia medicamenta quæ per venas intestinorū & ventris, sanguinem ipsum deiiciūt, quæ quidē impropriè ita vo-

Lib. quos pur. conue. quibus & quomodo.

vocantur, cùm venena sint, nec solum purgent, quinimò homines perimant, teste Galeno, cuiusdam hominis historiam referente, qui herbam inuenerat, quæ assumẽtibus, primò sanguinem, tùm demùm vitam adimebat. Sed hæc ab omnibus reiicienda sunt: Sola enim & vera sanguinis euacuatio fit per Chirurgiam, aut venæ sectionem, nõ per illa medicamenta, quæ acrimoniâ & qualitate quadam maligna, ac lethifera proprietate venas ipsas exedunt & sanguinem, vitæ thesaurum, non sine magna spirituum violentia, & naturæ perturbatione attrahendo eiiciunt. *Libro de purg. medicam. fa. cap. 6.*

Cæterùm istorum medicamentorum purgantium tres constituuntur ordines. Primus est malignorum, in quibus vis quædã & substantia venenata inest, nisi præparentur vt decet, in quo numerantur:

Inter Radices.
- Elleborus,
- Turbith,
- Hermodactylus,
- Esula,
- Cucumer agrestis,
- Asarum,
- Thymelæa,
- Chamælæa.

Inter Lachrymas.
- Scammonium,
- Euphorbium,
- Sagapenum.

Inter fructus & semina, { Colocynthis, Lathyris.

Inter lapides, { Armenus, Cyanus.

Quæ medicamenta, si quando purgandi finem non assequuntur, corpori multùm nocent, vt scribit Galenus. Secundus est benignorum, quæ sic dicuntur, quòd blandè & suauiter, ac sine vlla molestia humores noxios, non quidem vniuersi corporis, sed partium duntaxat quorundam vacuent, aluumque leniendo subducant, atque minimùm ab alimenti natura deficiant, cuiusmodi sunt

Lib. 3. cap. 5. med. facult. ca. 24.

Inter herbas: { Malua, Mercurialis, Violæ, Rosæ, Brassica, Beta,

Serum lactis, Pruna, Manna, Thebinthina & Cassiæ medulla, quæ nulla alia egent præparatione, quàm vulgari, vt tutò exhiberi possint.

Tertius est mediocrium, in quo sunt Aloe, Agaricus, Cnicus, Senna, &

Radices, { Rhabarbari, Polipodij, Iridis, Raphani syluestris,

Me-

Mechoacam & Eupatorij Mesuæ: quæ duo simplicia postrema nuperrime innotuerunt: & prioris vires radix vitis nigræ omninò æmulatur. Mediocria autẽ omnia illa dicuntur, quòd humores tantùm superuacaneos, alendoque corpori minimè idoneos, sine magno labore euacuent, præsertim si benè præparentur, debitaque ipsorum dosis obseruetur. Omnium autem horum simplicium facultatis purgatricis causa hæc est, quòd quædam portio tenuior à calore natiuo excitata, per apertos ductus irrepit in minores venas, ab his in maiores refluit, è quibus per iecur in intestina deuoluitur, & in renes ipsos, subsequiturque tunc humorũ per aluum euacuatio, qui etiam aliquando per vrinas excernuntur, in quibus tùm calor tũ odor manifestus assumpti medicamẽti apparet, quod in Rhabarbaro & senna quiuis experiri poterit. Cùm igitur horũ medicamentorum vapor (quem nos essentiã vocamus) calore natiuo exagitatus, ex terrestri parte exurgens humorem quiescentem attenuet, naturamque partis aduersa qualitate stimulet, eamque proritet ad excernendum, ipsa etiam terrestri substantia siue fæce in ventriculo & intestinis inhærente, quis adò stupidus qui horum medicamẽtorum spagyricam præparationem non laudet? qua nos

essentiam illam verè purgatricem elicimus, qualitatem malignam auferimus, aut saltem obtundimus propiis menstruis, quæ proprietatibus suis cõcordent, & cum iis symbolum habeãt: fæcem siue terrã separamus tanquam mortuam, & nociuam, quòd propter crassitiẽ tunicis ventriculi adhærens, ipsum multùm offendat. Quod ex Hippocrate testatur Galenus his verbis: Nam purgans, inquit, medicamentum, vt exiguum fuerit, in fundum vẽtriculi descendat, oportet: in descensu verò stomachus, & quicquid circa ventriculum sanum est, non solùm medicamenti qualitate, sed etiam substantia inter deglutiendum appulsa inficitur, & magnoperè læditur. Deinde quæ tenuioris sunt essentiæ, promptius propriã exercent actionem, quàm quæ crassioris, teste Galeno multis in locis. Itẽ cùm idem dicat. 1. simpl. ea quæ paruam sortita sunt molem corpoream, magis agere quàm quæ magnam, laudanda est nostra essentiarum extractio, qua tũ ista omnia præstantur, permanẽte tamen propria purgandi humoris facultate in medicamẽto, tùm quod eò validius redditur medicamentum, quò videlicet terra vel fæx inutilis ex ipso separatur: & admistis suis propriis menstruis qualitas omnis maligna adimitur. Quod etiam præstãdum esse scribit Gal. cùm admiscenda refert ea semina medicamen-

lib. quos purgare conue. & c. c. 6.

cap. 11. & li. 2. simpl.

lib. quos purg. dec. & c. cap. 8.

camentis, quæ malignitatem ipsorum retundant, opus eorum non impediant, quæq; attenuare, & incidere valeant, vt & crassos humores secare, & vias per quas educi debent, patefacere possint: quæ omnia debitè fieri ex nostris præparationibus docti omnes poterunt iudicare. Sed dicet aliquis essentiarum extractionem non adeò necessariã, cùm præcipiat Actuarius (cuius sententiæ assentitur Paulus) iis qui efficiũtur imbecilliori ventriculo, lathyridis grana xv. vel xx. ad summum integra deglutienda esse, eaque etiamsi minimè terantur, minimeq; in corpus permeent, multùm tamen purgare, referunt: qui locus nostram non oppugnat sententiam, quin mò confirmat: quùm paulò pòst, iis qui efficacius purgandi sunt, ea præcipiat mandanda esse. Quibus satis constat in tenuiori etiam medicamẽti comminutione maiorem inesse vim, quàm in tota mole, & in ipsa essentia multò adhuc quàm in reliquis validiorem inueniri: quod in Rhabarbaro ipso perspici potest, cuius infusum potentius purgat, quàm tota substantia. Quo fit vt non dubitem imbecilliori ventriculo ipsa lathyridis grana potiùs integra, quàm alio quouis modo comminuta præscribi, cùm ipsa lathyris vires esulæ proximè æmuletur secundum Gal. hæc autem medicamenta adeò acria, & vehemẽtia sunt, vt &

lib. 7.

Simpl. med. 7.

per inferiora & ſuperiora, magna cum perturbatione, euacuent: eoque magis ventriculum lædunt, quò violentius agunt: Corpus autem vt, ſcribit Galenus, admodum exile facilius alteratur, & mutatur ab eo cui admotum eſt: quod autem grandius eſt, non niſi temporis ſpatio, ac vix tandem etiam ſenſibilem alterationem ſuſtinet. Nam eò citius experiemur pipere nos calefieri, quantò accuratius in minima fuerit comminutum: quod & de medicamentis purgantibus nobis eſt iudicandum. Ideo illorum decoctis aut infuſis vulgò, nos verò ipſorum eſſentiis vtimur, idque ſaluberrimè, & ſine vlla ventriculi aut reliquarum partium læſione. Quinimò vehemẽtiora illa, atq; aliâs metuenda medicamenta ita rectè à veris ſpagyr. præparantur, vt ab ipſis & maligna qualitas, & acrimonia propriis correctiuis prorſus retundatur: ſicq; planè in curatione multorum morborum, benignorũ vicem gerant. Sic Ellebori noſtra eſſentia bene præparata hodiè multis in locis adminiſtratur, & pueris tuto exhibetur, quòd corpus ſine vllo labore ducat. Interim nõ deſunt multi, qui has ignotas ſibi eſſentias damnant, ipſarum vſum improbant, ac in ipſas liuoris ſui virus palàm euomũt. Quorum hominũ conuitia & imperitiã mirari deſino, à Comico edoctus, Hominibus illis iniuſtius, & iniquius nil

Simpl. 1. cap. 12.

nil quicquã inueniri posse, qui nihil rectum putẽt esse nisi quod ipsi faciunt. Cęterũ erunt alij qui rationibus deuicti, tandẽ has nostras essentiarum è rebus omnibus extractiones cõmendabunt: hoc vnum tamen metuent in ipsis, empyreuma videlicet insitum, accepta quãdam ab igne aduentitia qualitate, ideoq; ipsarum vsum improbabunt, in febribus præsertim, & in calidis affectibus curandis: quibus se artis Spagyricæ imperitos, atque de rebus ignotis temerè iudicium ferre, satis ostẽdunt. Essentiæ enim ferè omnes eliciũtur solo Bal. aut fimi tẽperatissimo calore, propriis ad id & conuenientibus vehiculis siue mediis, quæ menstrua nobis dicuntur, quòd totã rerum vim insitam attrahant, opera & artificio periti Spagyrici, separando quod terrestre & mortuum est, quodque impurum & fæculentum à puro auferendo, & essentiam illam viuificam tantùm colligendo, cuius facultas quasi solutis vinculis exurgens, altiùs se promit, & vires multò quàm anteà maiores profert, & corporibus sanãdis efficaciores. Quòd si menstrua nostra omnia calida esse dicant, plurimum falluntur: succus enim limonum nostro modo præparatus, mẽstruum margaritarum est, quòd ipsas soluit & in tenuiorem essentiam vertit, qui tamen succus non est calidus, neque calida margaritarum essen-

tia, quæ remanet ipso separato menstruo. Non enim quicquid tenue fuerit, id & calidum dici debet, vt scribit Galenus: nam & aquam ipsam tenuioris esse essentiæ argumento est, quòd promptissimè per pilos, & vestimenta fluat, & tamen talis cùm sit, neque nos natura sua calefacit, neque proprium ignis nutrimentum est, imò omninò ipsi aduersatur. At respõdebunt vini alcool essentiã, siue ipsius spiritum (quo menstruo nos sæpius vtimur ad eliciendas reliquarum rerum essentias) calidissimum esse: esto, an propterea id periculosum aliquo modo dicetur, quùm separetur ex quauis rerum essentia semper proprium menstruum, ipsiusque vis omnis adimatur, & simplex quoduis medicamentum aucta tantùm virtute cum suis propriis qualitatibus remaneat? Deinde vt ad purgantia redeamus, quis ipsa latentem caloris excitandi potestatem habere inficiabitur? quibus tamen ea admisceri debent, quæ retundendo ipsorũ malignitatem attenuare, & incidere valeant, & medicamenti purgationem imbecillam aut tardam celerare, ac efficaciorem reddere, id-

Lib. quos purgar. &c. cap. 8.

que ex Galeni sententia. Obid Elleboro, pulegium, vel satureiam, vel aliquid ex iis quæ subitò transeunt, & stomacho non inimica Paulus admisceri debere refert. Item omnes medici cinnamomum & spicam Nardi Rhabarbaro:

barbaro, raphanum, & cuminũ hermodactylis: Cnico cardamomum: Aloe nucẽ moschatam, mastichem, & charyophyllos: Agarico, Turpeto, & sennæ, zinziber: quæ quamuis calida sint, tamẽ purgantibus immiscentur, quæ etiam exhibentur tutò febrientibus, nõ quòd febris gratiâ, feruidæ qualitatis medicamentum porrigatur, sed quòd hinc vtilitas maior subsequatur in extirpandis humoribus febrem excitantibus: Vtilitas enim, inquit Galenus, maior erit molestanti humore detracto, quàm nocumentum ipsum expurgantibus, necessariò corpori illatum, quod fiet adhuc commodius si quicquid lædebat, id sine molestia detractum fuerit, medicamentis præparatis & correctis: quod vulgus medicorum præstat, quamuis simplicium mixtorum caliditatem, quibus vtuntur in corrigendis suis purgantibus, non anferant, quæ tamen exhibere calidis affectibus etiam non verentur. At nostrum Alcoolis vini menstruum quamuis dicant calidum, ita tamen spirituale, (si vocabulis artis vti liceat) vt minimo calore exhalet, & à suo soluto omninò separetur, quod arte ita à fæcibus secernitur, vt purior ac tenuior tãtùm essentia remaneat quæ etiam prõptius propriam exercet actionem, siue refrigerandum sit, siue calefaciendum, aut etiam purgandum, idq; minori cùm

periculo, duabus de causis: primum quòd celerius medicamentorum essentia per viscera permeet, & ita asperæ ac terrestres ipsorum partes interioribus hærētes, vlcerare nō possint, in quam sentētiam hæc Paulus de Colocynthide refert. Leuigetur, inquit, accuratè, quoniā asperitates ipsius intraneis adhærētes, vlcera cōcitant, & neruos consortij lege afficiunt: Tu etiam quòd ex istis essentiis nociua omnis qualitas (si tota prima præparatione auferri non possit) aliarum tamen exquisitarum essentiarum permixtione omninò adimatur, aut saltem facilius obtundatur: Sic essentia Aloes (aliâs ad purgandum tardior) celerrimè euacuabit, & ne illa venas aperiat, nimia tenuitate, oleo nostro mastichino facilius corrigi poterit, vt tutissimè exhibeatur. Sed audiamus quid de his omnibus præparationibus Mesues sentiat, qui cum Paulo & Auicenna scribit cōminuendam Colocynthidem esse, propter prædictas rationes nostras, his verbis: Lōgam, inquit, decoctionem sustinet, estque, vt mihi cum Serapionis filio videtur contra filij Zezar sententiam, pulueriſanda tenuissimè, vt eius facultas malefica, aliâ illi exquisitè permixtâ, plenius obtundatur, vtque viscera celeriùs permeet, neque in ipsis ob partium minus tritarū crassitiem cesset: qua fortasse fit, vt in visceribus pigra retineatur

Lib. 7. cap. 4.

& ea

& ea vlceret, præsertim cùm sensu præcepti- "
biles fuerint eius particulæ. Quis autem ista "
omnia commodius, & cum vtilitate maiore
compleri nostris essentiis, quàm tenui solo
puluere negabit? Neminem credo, præter ali-
quem Acesiam stercoratium, & artis medicæ
prorsus ignarum. Supereſt vt purgantium ex-
tracta & illorum præparationes tradamus, &
omnia ordine persequamur.

De Elleboro. CAP. V.

Extractũ siue essentia Ellebori.

℞. Rad. Ellebori nigri Autumnali tem-
pore collectarum recentium ℔. j. decoquan-
tur cum aqua aniſi & pulegij (ex quibus o-
leum Chymicè extraxeris) in vitreo vaſe be-
ne clauſo in Bal. feruentiſſimo per integrum
diem quo facto, comprimendo ſuccum om-
ninò extrahe, fæces autem abiicito, quod re-
liquum eſt indas alembico vitreo, vt men-
ſtruum ſeparetur, & remanebit in fundo a-
lembici viſcida quædam ſubſtantia, cui affun-
de ſpiritum vini optimi, qui materiæ ſuper-
natet 4. digitis, ponantur omnia in matratio
oblongo collo & bene obturato, digeran-
turque in Bal. per duos aut tres dies: quod
clarum & pellucidum eſt, tamen amarum, af-
funde alio vaſi, nouumque denuò vini ſpi-
ritum infunde, faciendo vt priùs, donec to-
tam eſſentiam reiteratis digeſtionibus at-

traxeris, semper fæces seponendo, vt artis est: quo facto separa priùs menstruum cum calore Balnei, ipso separato fac circulentur cum nouo vini spiritu, infusionis maceris, per aliquot dies: Rursus optimè separato vehiculo, remanebit in fundo essentia Ellebori, mediocris consistentiæ & fusci coloris, hãc ad multos vsus reseruabis.

Huius essentię scrupulus j. cui aliquot guttulæ olei anisi & menthæ admistæ fuerint, exhibetur ieiuno stomacho cum decocto cõpetenti vel aqua lumbricorum, hydropicis. Item cum aqua betonicæ, cerebri affectibus, vt maniæ, melancholiæ, vertigini, epilepsiæ & paralysi confert: bilem enim vtramque pituitam sine vlla molestia, corpus denique totum excrementis corruptis expurgat, quod quidem Hippocr. authore, incolume & velut iuuenile reddit. Neque solùm noxios humores & excrementa è vasis attrahit, sanguinem purificãdo, sed à toto corpore & cute ipsa: qua ratione Elephantiæ, Cancro, Erysipelati, malo mortuo, & Phagedænis valdè cõducit. Paulus ad eosdem affectus radicis Ellebori nigri mulsa & aqua maceratæ (modò ieiunium præcessisset) circiter drachmam vnã exhibebat. Nescio autem, cur nostris temporibus hoc remedium in vsu esse desierit, & tanquam summum aliquod venenum vitetur,

Li. 7. ca. 4.

pur, antiquitùs tamen adeò commendatum, nisi fortasse Medicorum insciticæ tribuatur, quùm medicamenti huius & reliquorum malignitas, facillimè vera ipsorum præparatione adimatur, vt iam diximus. Hocque testatur bonus Hipp. cùm etiã de albo Elleboro verba faciens, hæc refert: Sanis, inquit, corporibus Elleborus est molestus (quemadmodum & omnem medicationem, ipsis periculosam alibi dicit) arte autem & industria castigatus, quando & cui oportet, rectè propinarur, & salubriter agit. Sed dicent isti, tempore Hippocratis vel corpora robustiora, vel Elleborum in illis oris nullam habere qualitatem malignam, (diuersæ enim qualitatis reddunturs implicia secundum regiones & loca) neque symptomata excitare terrenda, vt in nostris regionibus: in quam sententiam Mesue de Elleboro hæc refert. Albus igitur quia huius tempestatis corporibus est molestus, quin & velut venenum præsertim suffocans, vitetur. Addit, Nigri autem virtus ad nostra vsq; tempora est tolerabilis, licet etiam difficilis. Puto hac sola sententia Medicos nonnullos ita terreri, vt contenti aliquorum scriptorum lectione, incognita damnẽt, & quorũ nullam experientiam habent, sine vlla ratione improbẽt medicamenta: quod & absurdũ est, & Medico omninò indignum. Tandem respõ-

Aph. 16. lib. 4.

Li. 2. ca. 20.

debunt, Medicos tùm Græcos tùm Arabes violentis illis medicamentis vsos fuisse, quòd leuioribus, Rhabarbaro videlicet, Cassia, Manna, & similibus carerent, quæ tutò exhiberi possunt, & vtiliora sunt. Sed ô egregiam laudem, quam ipsi ex istis medicamentis in curatione multorum morborum referunt. An nesciunt Rhabarbarici, extremis morbis extrema remedia (ex Hippocrate) adhiberi, atque aliquando attrahenda esse excrementa in venis sanguini commixta, non à solis concauitatibus partium, sed à toto corpore & à remotis etiam partibus? Cerebrum ipsum denique aliquando, & totum caput & sensuum instrumenta, & neruos, visceraque reliqua multis in affectibus esse expurganda? Quod cum leuiora ista medicamenta non præstent, fortiora sunt eligenda, vt Elleborus præsertim niger (quamuis hodie etiam plerosq; summos Medicos in Germania & Italia, albo feliciter vti compertum habeam) ex quo si eliciatur essentia vt docuimus, illa poterit exhiberi cum ægrorum admiranda vtilitate & Medicorum laude, diuturnis morbis, & quibus in summa superficie superfluitates emerserunt, vt lepris & impetiginibus: maxima enim illi essentiæ vis inest & peculiaris ad educendum quicquid sanguini cõmixtum est, quod eũ corrumpit: exhibetur etiã quartana-

tanatiis, melancholicis, hydropicis & multis aliis affectibus, vt iam diximus: clementer enim & sine molestia vlloq; vomitu totius corporis excrementa expurgat.

De Turpeto, Hermodactylis, Tymelæa, Chamelæa, Esula, & reliquis lactariis purgantibus. CAP. VI.

Extractū Turpeti.

TVrpetum Mesues (non rad. Thapsiæ Fuchsij) albissimum, gummosum, & mediocriter recens, in pulueremem tenuissimum reducatur, quod indas matratio vitreo, oblongo collo & hermeticè clauso, affundendo illi spiritum vini: qui supernatet materiæ tribus aut quatuor digitis, & sic omnia stent in Bal. tepido per ij. aut iij. dies, quò essentiam totam menstruum attrahat: illud seorsim reseruato, deinde nouum affunde denuò, donec nihil ampliùs ex materia elici possit, fæces semper sepone, & quod purius est, elige vt est artis. Quo facto circulentur omnia, vt summū acquirant perfectionis gradū: separato omni nò menstruo, medicamentum perfectius reddetur, si in correctione addideris pro vnc. i. essentiæ, olei nucis moschatæ & zinziberis an. scrupul. j Istis enim sic eius actio intēditur, vt proprietate quadā mirabili, etiam sine nausea

& aliqua perturbatione, è iuncturis & remotissimis ac profundissimis his partibus pituitã viscidam & crassam euacuet: quùm aliâs tenuem solummodò, idq; tardè per se adduceret. Exhibetur huius essentiæ scrup. j. cum vino rubro aut decocto pectorali. Hydropicis etiã & pituitosis omnibus affectibus confert.

Extractũ Hermodact. Dioscor. 45. c. 79. Galen. simp. 6. Paul. lib. 7.

Ex radice etiam Hermodactyl. alb. & elect. Æginetæ (non colchici ephemeri Pharmacopolarum, quod Dioscor. Galeno, item & Paulo venenum est) eodem modo vt ex Elleboro essentia elicitur, quæ pituitam crassam & lentam à iuncturis præsertim trahit: ob id arthritidi multùm confert, corrigi tamen debet cum oleo Cumini & Caryophyllorum, sine suo humore flatulento ventriculum cædat, & in ipso nauseam excitet. Exhibetur per se, vel cum decocto competenti, pondere scrupul.

Extracta lactariorum.

j. plus vel minùs pro sumentis viribus. Radices, Esulæ, Thimeleæ & Chamælææ siue mezerij Serapionis & Tapsiæ succus, quæ partim pituitam, partim bilem euocant: non tamen sine mordacitate, cùm acria sint omnia & ignea, valdeque periculosa (viscera enim excoriãt & venarum ora disrumpunt) eodem modo quo Elleborus parantur: exhibeturque illorum extractũ sine periculo, immixto myrobalanorum extracto, ad hydropem & ad serosa excrementa expurganda etiam in articulis

lis ipsis: dosis est scrup. j. cum vn. j. olei amygdalarum dulcium.

Ex granis lathyridis contusis extrahes eodem modo essentiam, cui addes oleum mastiches & nucis moschatæ ad correctionem.

De Cucumere agresti, Ebulo, Sambuco, & Squilla.

CAP. VII.

CVcumeris agrestis radix mense Maio colligi debet, deinde contundi, deniq; ex ipsa succus optimè exprimi. Qui quidem filtrandus est bis vel ter, donec clarus distilletur & bene depuratus sit: cui affunde vini spiritum santalum & optimè præparatum, collocando omnia in Bal. per 3. aut 4. dies: quod purum est transfunde, denuò vini spiritum affundendo, donec nullæ fæces ampliùs seponantur: Tùm circulentur omnia simul ad maiorem graduationem per aliquot dies: quo facto, separato menstruo, congeletur essentia igne lentissimo cinerum, donec inspissetur, cui adde pro vn. j. olei cinnamomi scru. j. essentiæ croci scrup. ß. hoc autem medicamentum seroſa excrementa potenter euacuat, qua ratione Hydropicis, item ictero & obstructionibus tùm hepatis tùm lienis summoperè cõfert, si scrupul. dimidium aut plus

Extractio rad. cucu. agrestis.

pro ægrotantis viribus exhibeas cum vino albo, idque manè ieiuno ventriculo.

Extractũ Elaterii. Ex succo è Cucumeris agrestis fructibus Autumnali tempore extracto, dum præ maturitate pallent, fit præstantissimum medicamentum, si debitè præparetur ad serosa, & biliosa excrementa euacuanda. Elaterium Græcis hoc medicamentum dicitur, cuius præparationem Dioscor. tradit. 4. simpl. sed efficacius multò redditur, & sine periculo exhiberi poterit, si ita præparetur.

Hic succus clementer per expressionem extractus per filamenta distillatur, ita vt fæx omninò ab ipso separetur, deinde indatur vasi vitreo oblongo collo, cui affunde spiritus vini an. æquales partes, omnia postea digerantur in Balneo pido per aliquot dies, donec fæx & tota impuritas secernatur: separato priori menstruo blando igne, alium vini spiritũ, infusionis speci. diamarg. frigidi affunde, & circulẽtur omnia in pellicano x. dierum spatio, vt vis medicaméti augeatur, & ab ipso omnis malignitas auferatur: separato deniq; vltimo menstruo, coaguletur igne lentissimo, quod fiet intra paucos dies: Huius cape vn. j. cui adde olei nucis moschatæ & cinnamomi an. scrupul. j fiat mixtura, & sic obtinebis præparationẽ Elaterij spagyricorum, siue ipsius essentiã, mirificè serosa excrementa etiã è iunc-

turis

cturis trahentem, & è cerebro euocantem, Arthritidi, Hydropi, Cephalalgiæ veteri, & Epilepsiæ valde conducentem, dosis scrup. dimid.

Sic ex rad. Scillæ succum extrahes, quē eodem modo præparabis, vel (quod melius est) cū mulso maluatico id facies. Humores crassos, lētos & thoraci inhęrentes incidendo, tenuando, tergendo, resoluendo, & coquendo euacuat, & hepatis ac lienis obstructiones tollit. Exhibentur ℈.ij pro dosi cum decocto pectorali, aut cum aqua cinnamomi. *Extractū Scillæ.*

De Lachrymis purgantibus & colocyntide.

CAP. VIII.

SCammonium violentissimum, & periculosissimum esse medicamē-tum, omnibus Medicis constat, idque multis de causis: flatu enim mordaci plurimum ventriculo nocet, ipsumque subuertit. Deinde immodicè attrahendo, venas aperit, & sua acrimonia intestina ipsa excoriat, hacque ratione grauissimos inducit dolores. Qua de causa Galenus ipsum cum cydoniis miscet: alij verò cum galanga, zinzibere, sem. anisi, dauci, apij, & lentore, sem. psyllij decoquunt in pomo acido vel austero, vt mitius reddatur. At spagyrica præ- *Extractū scammonii.* *Lib. 1. alim.*

paratione sic commodum vsui redditur, vt sine vllo periculo multis aliis medicamentis immisceri possit, & tutò exhiberi ad purgandam bilem & pituitam.

Electum Scammonium soluatur in oleo mastyches spagyricè extracto cum vini spiritu, quo facto digerantur per viij. dies in Bal. calido in vase optimè clauso: quod clarum erit & pellucidum, trâsfunde, affundendo rursus nouum menstruum, donec totâ essentiam attraxeris, interim tamen omnes fæces seponito. Tùm separato toto mêstruo affunde denuò vini spiritum coralliſatum, vt supernatet iiij. digitis, circulentur omnia in Bal. per x. dies aut amplius. Demùm menstruum extrahe, & pro vnc. essentiæ relictæ in fundo vasis, adde essentiæ veræ corallorũ, & margarit. an. scrupul. j. essentiæ croci scru. ß. olei anisi & cinnamomi an. scrup. j. ß. fiat mixtura ad blãdum ignem ad consistentiam debitam. Misceatur hæc essentia sic præparata cum essentia Aloes & myrobalanorum, & fit mixtum medicamentum ad bilem expurgandam perutile, item serosa excremẽta è capite educenda. Per se exhiberi potest scru. dimid. cum vn. ij. olei amygdalarũ dulcium sine vlla perturbatione, aut læsione cordis, ventriculi, & hepatis, è vasis ipsis bilem educit.

Euphorbium autem, Sagap. & opoponax, vt

vt præparentur, resolui debent prius in aceto rosato albo in Bal vaporoso distillato, & per setaceum transmitti: hocque ter faciendum quò terrestreitas omnis separetur, & puriores remaneant hæ lachrymæ: à quibus abstrahatur acetum, vt ipsarum emendetur acrimonia, reiteratis ablutionibus in aqua rosarum. Sunt enim hæc medicamenta acria, substantiæ tenuis & igneæ: sed omnium lachrymarum, calidissimum, tenuissimumque & celerrimum Euphorbiu est, & maximè vi ignea flagrãs, teste Galeno; quodque tàm violenter agit, vt valdè sit ab vsu ipsius cauendum, nisi prius rectè præparetur. Drachmas enim tres ipsius assumptas omninò necare Serapio & Auicenna scriptis prodiderunt. Aetius tamẽ & Actuarius ipso vsi sunt, non solùm ad euacuandam pituitam, sed ad serosa omnia excrementa potenter educenda: & melli solummodò immixtũ præberi Ischiadicis Dioscor. scribit. Paulus autem Euphorbij cum melle cocti drachma pota pituitam amoliri; magis autem aquas refert. *Lib. 7. simpl.* *Lib. 3. ca. 80.* *Lib. 7. c. 4.*

Sed sequenti præparatione maligna omnis qualitas adimetur, ita vt Paralysi, Arthritidi, Spasmo, Hydropi, valdè conducat, & pituitam quantumuis lentam, crassam, & impactã neruis ipsis & iuncturis, sine aliqua perturbatione euacuet. Fit autem hoc modo.

Extractũ Euphorbii. Euphorbio per acetum resoluto, vt suprà, & abluto, affunde vini spiritum, quo essentiam extrahes, fæcibus ac impuritatibus sepositis omnia circulato cum nouo alcoole sacharino per x. dies, deinde separato menstruo, coagula igne lentissimo, addendo sub finem olei mastichini scrup. ij. olei anisi scrup. j. essent. corall. scrupul. ß. fiat mixtùra: dosis est scrup. j. cum decocto competenti ad prædictos affectus curandos.

Extractũ opop. sar. & sagap. Sic ex opoponace, Sarcacolla, & Sagapeno medicamenta præparantur, ad eosdem affectus vtilissima, quorum vim purgatricem per inferiora, Græci reticuerunt, sed ab Arabibus inuenta fuit. Purgant autem ista clementiùs, quàm Euphorbium: ex omnibus fit mixtum medicamentum purgans crassam pituitam & viscidam etiam à remotis partibus, cerebro, neruis, iuncturis & thorace. Descriptionem breui prælo tradam (Deo dante) in nostra praxi Spagyrica, in qua compositionem horum omnium medicamentorum, & vsum, fusiùs & pellucidiùs explicabo.

Extractũ Colocynthidis. Colocynthidi adeò vehemens est in purgando facultas, vt solo interdum contactu, ac etiam odore abundè & cum magna perturbatione, quibusdam aluum deiiciat. Medicamẽtum hoc aliàs vehementissimum sequenti præparatione tamẽ tutissimè exhiberi potest.

Colo-

Colocynthis puluereturtenuissimè, cui affunde vini alcool optimè præparati, vt supernatet 6. digitis, digerantur in Bal. vase clauso hermeticè tribus septimanis: amittet enim illo temporis spatio totam acrimoniam. Quod si diutiùs digeratur, extractum dulcescet, sicq; reddetur optimum medicamentum ad pituitam & ad alios humores crassos & glutinosos à profundioribus partibus attrahendos, idque sine noxa, vt diximus: quare vertiginosis hemicranicis, epilepticis, apoplecticis exhibetur cum syrupo rosato simpl. vel myrtill. Corrigitur autem cum oleo mastiches, nucis moschatæ, & cinnamomi.

De Lapidibus purgantibus. CAP. IX.

LApis Armenus & Cyaneus candentes extinguantur sexies in aqua ardenti, posteà reducantur in tenuissimum puluerem, quo facto puluis hic abluatur aqua fontana, eiiciendo terram, & quod aquæ supernatabit, hocque fac pluries: demum ablue relictum puluerem priùs exsiccatum aqua melissæ aut buglossi: euapora aquam à puluere igne lentissimo: quo exsiccato, cum cœlesti nostro menstruo & spiritu vini digerantur in Bal. & circulentur per xx. dies ad summam graduationem: separato menstruo coagulentur

igne lentissimo, adde pro correctione essentiam margarit. coral. & croci cum oleo cinnamomi & Caryophyl. Melancholicis omnibus affectibus, maniæ, vertigini, epilepsiæ, cephalalgiæ quartanariis, & cancro conducunt dosis est scrup. j. sem. cum aqua melissæ aut buglos. Purgant enim atram bilem, & quicquid crassum & tenax sanguini est immixtum.

Lapis Cyaneus sic præparatus poterit cõmodius multò exhiberi in confectione Alkermes, Medicis omnibus commendata, ad cordis tremorem, syncopen, mœstitiam, ad spiritus omnes roborandos, & ad arcendum quoduis venenum.

De præparationibus Rhabarbari, Aloes, Agarici, Sennæ, myrabolanorum, Oxiphœnicis & reliquorum mediocrium purg. medicamentorum.

Cap. X.

Hæc medicamenta inter verè purgãtia ab Actuario & reliquis Medicis, quòd singula proprium à tota substantia humorem trahant, numerantur: vniuersum enim corpus, radicitus, vt ita loquar, & cum tanta perturbatione nõ purgant, sicut cætera: iis præsertim Medici vtuntur ad omnes ferè curandos morbos, aut quod illa vsui esse possint sine maiori præpara-

paratione, quàm quæ ipsis est nota: aut quòd meliora experiri non audeant, ignotis veris aliorum medicamentorum præparationibus. Interim istorum etiam mediocrium purgantium vis purgatrix, Spagyrica præparatione augeri potest, eliciendo ex illis quod purum est, & fæcem purgationi corporum humanorum contrariam, separando. Inde enim multiplex vtilitas subsequetur, primùm quòd non lædatur medicamẽto ventriculus, quum nihil obstet, quò minùs actionem suam præstet, & citissimè corpus afficiat, & ab ipso vicissim afficiatur. Deinde, quòd ratione minoris quantitatis medicamenti, facilius & lubentius multò ægri ipsum capiant: qui quidem interdum adeò difficiles inueniuntur, vt vitam cum morte cõmutare malint, quàm illarum crassarum & turbidarum potionum, plenos calices haurire: quas, etiam in multis, ante ipsarum assumptionem, vẽtriculus abominatur, aut certè ita imbecillis redditur, vt illas nauseabundus paulò pòst abiiciat, non sine magna perturbatione. Sedulam ergò operam veri Medici in istis perquirendis medicamentorum præparationibus adhibere debent, vt honori artis Medicæ consulant, vel saltem ægrorum saluti.

Extractũ Rhabarbari.

In Rhabarbari essentia vim inesse purgatricem maximè argumento est tenuis ipsius

pars, quæ coctione dissipatur & deperditur, ita vt purgandi vim hac ratione amittat: quæ à Medicis elicitur, si in extenuante aliquo liquore maceretur, adiecto vino albo, & cinnamomo: Infusum Rhabarbari hoc appellant, quoniam ita vim siue essentiam quodammodo eliciunt ex ipso Rhabarbaro, fæcibus reiectis. Verumtamen sequenti methodo præstantius multò & vtilius illud medicamentum redderetur.

Rhabarbarum puluerisa illud include vase vitreo, oblongo collo, affundendo vini alcool vt supernatet iiij. digitis: obturato vase, fac digerantur in Balneo per iij. aut iiij. dies, donec tandem menstruum coleretur, coloratum transfunde seorsim: quod reseruabis, nouum menstruũ denuo fæcibus affundẽdo, donec nõ ampliùs illud tingatur, & magma, siue fæx rhabarbari, subalba remaneat. Circulatis ritè omnibus ex arte, separetur menstruũ per Balneum & remanebit in fundo, Rhabarbari essentia, cui adde pro on. olei ciñamomi scru. ij. Cuius si exhibeas scrup. j. cum cochleare vini albi potentius purgabit quàm on. ſ. in infusione idq; minori cum perturbatione. Potest exhiberi hoc medicamentum infantibus, prægnantibus, senibus, & ex morbo iam imbecillis: purgat & educit flauã bilem.

Fæx siue terra quæ remanet, est astringentis

tis facultatis, qua ratione, lienteriæ, dysenteriæ, & alui fluoribus præscribitur. Quòd si quis potentius purgare cupiat, fæcem calcinet in reuerberio, tùm per aquas, alkali extrahat, ipsumq; reiteratis filtrationibus purificet cristalli instar. Essentiam extractã suo alkali superiniiciat, digerat, & demum destillet: hoc enim modo vis omnium medicamentorũ augetur.

Sic præparabis extractum Aloes, quod bilem pituitamque crassam expurgat, sed lentè, præcipuè è ventriculo & intestinis, easque partes, tùm detergendo tùm vacuando, corroborat. Extracto adde oleum Caryophyll. & macis, ad vim ipsius stimulandam, & oleum mastiches, ad acrimoniam & erodentem vim retundendam. *Extractũ Aloes.*

Agaricus eò modo paratus, crassam pituitã maximè à ventriculo, mesenterio, iecore liene, & pulmonibus expurgat, à cerebro & neruis debilius trahit, quòd vis ipsius sit imbecillior. Exhibentur eius scrup. ij. etiam impuberibus & senibus: sed quoniam aliquantùm ventriculum offendit, cum oleo zinzibetis & spicæ corrigitur. *Extractũ Agarici.*

Sic ex Sẽna, Polipodio, Mechoacã, Myrobalanis & reliquis huiusmodi, elicies extracta siue essentias: quæ omnia exhibebis quando & quibus cõferent, additis propr is corre-

ctiuis pro morbi exigentia, & ægrotantium viribus.

Hæc sunt quæ de medicamentorum Spagyrica præparatione in medium afferre volui, breui Deo dante, maiora in publicum edituros, quò meis peregrinationibus, & vtilitate quam in illis percepi ex doctissimorum quorumque colloquiis, laboribus denique & vigiliis, veræ Medicinæ studiosi fruantur. Quorum quædam, vocabulorum artis inuolucris quibusdam adumbranda censui, ne margaritas has pretiosas, in Spagyricorum Medicorum gratiam potissimùm hîc propositas, sophistis omnium bonarum disciplinarum ac Naturæ secretorum contemptoribus temerè obiicere viderer: qui cùm vulgare quippiam ac gregarium tantùm & è nigellis Cadmi filiis sint consecuti, ignota contemnunt, eamq; artem improbare, & omnium conuitiorum acerbitate impudenter lacessere non verentur, quàm neà limine quidem vnquam salutarint.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM INSIGNIORVM, QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTUR, r. significat remedium.

A

Absynthij oleũ 119
Acetum distillatum 113
Acori radix 16, 33
Acria quæ sint 14
Acrium vsum quaternariis concedi ibid.
Acrimonia vt ex spiritibus adimatur 87
Adamantem mollem reddere & soluere 97
Adamantis præparatio cur hîc prætermissa ibid.
Aduſtio oleorum quomodo emendetur 120
Aërea quæ coagulari non possint 36
Æs 20
in Æris fodinis aurum reperiri 46
Æris oleum 72
Æris squama 70,71
Æris vitriolum 72,&73
Æs vstum 71
Agaricus 124,&126
Agarici extractum 151
Agens naturale 25,&58
Alba spina Philoso. 55
Aloë 126, cur abluitur 5, vt corrigitur & illius vis stimulatur 134
Aloes extractum 151
Amalagma ex Sole & Mercurio 85
Amarum 14
Amari vires ibid.
Ammoniaci oleum 123
Amygdalarum vtrarumque oleum 116
Angelicæ radix ibid.

Ani affectus remed. 119
Anima lapid Philoso. 54
Animalia diuersificari secundum regiones 47
In rebus Animalium non esse quærendum Chymicorum subiectum 50
Anisi oleum 116
Anthos oleum 115
Antimonium 92
Antimonium auri expurgatorium 93
Antimonij flores 94
Sulphur eiusdem tinctura, Vitrum 93
Apij vsus prægnantibus infestus 77
Apoplecticorum r. 147
Aquam ex herbis, è floribus extrahēdi methodus 117
Aqua bituminosa 91, chalibeata 69, fixatoria pro turpetho 83, fortis 80, mineralis 54, nitrosa 90, sulphurea ibid. viscosa 25,37
Aquam membrorum pellens r. 117
Aromatum olea 116
Aronis radix 84
Argentum 20,& 68
Argentum auri vires æmulatur ibid.
Argentum viuum non nisi potentia metallum esse 20,34, concrescere posse 34,35, aëreum esse ibid. metallorum proximam esse materiā 29,34,35,36 in metallorum ortu subiici loco materiæ 25,37, in fodinis eo modo, vt vulgus putat non reperiri 36,40
Argentum viu. Chymicorum vulgò est ignotum 39, Vulgi non est lapidis philosophorum materia 51
Argento viuo omnia supernatant metalla, excepto auro 26,36
Argenti vi. nullum Galenus fecit periculum 76
Aristoteles immeritò ab Agricola &Auberto reprehensus 31
Aromatum olea 116
Ars imitatrix naturæ 48,50, 59
Arsenicum 86
Arsenici oleum 89, præparatio 88, sublimatio 89
Arthritidis r. 5,& 6, 142, & 143,145
Artificialia 45
Asarum 125
Astmatis r. 88,89,90,97, 101
Aubertus Agricolæ sententiam non percepit 23
Aubertus sibi contradicit 38

Aubertus oua decoquendo, aureos decoxit 51
Auberto respondere cur susceperit huius auctor 52
Augmentatio 57
Auripigmentum 86
Aurum 4, 20, 65, igne non consumi 24,28, vt vulgò exhibetur plus nocere, quàm proficere 66. à natura duplici modo generari 49, perfectissimum & purissimum esse 23,24, 25,26 46,65
Auri album corpus 67, essentia 4, Mercurius 67, tinctura 66
Auro argentum inesse 46
Aurium tinnitus r. 40
Axungiarũ præparationes & olea 108

B

BAlsama vulneraria 122
Bdellij oleum ibid.
Benioini oleum ibid.
Beta 126
Betonica 115
Bilem euocantia 138, 140, 144,148,150
Bisemutum 21
Bistortæ radix 116
Boli armenæ essentia 98
Brassica 126
Brioniæ radix 10
Butyri oleum 109

C

CAdmia 33,75
Calcinatio 11,54
Calcinationibus veteres vsos esse 12
Calculum pellentia r. 11, 12,13,77,80,98,110, ibid.
Callos tollentia 73,85,86
Calor est metallorum causa efficiens proxima 44
Caloris vires 31,40
Cancami oleum 122
Cancrorum oculi calcinati 15,110
Cancrorum cinerem amarum potiùs quàm acrem esse 13,ibid.
Cancrorum calcem quartanam non augere 15
Canis rabidi morsis r. 13, 110
Caphuræ essentia 117
Capparis cortex 11
Caput purgans 80
Caput mortuum quid 81
Cardiacis quid prodest 4, 18,65,25
Carnem excrescentem cohibens 63
Caryophyllata 116
Caryophyllorum oleum ib.
Cassiæ medulla 126
Castoreum 3, 5, 18, eius es-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0173
DFG

sentia 107
Catina vrina distillata 110
Ceræ oleum 17,109
Cerebri affectuum r. 68,115, 119,122,136,143,148
Ceruſa 73
Chalcanthum ibid.
Chalçanthi & cholcotaris generatio artificialis 59
Chalcitis 73
Chamælææ radix 125,140
Chamæmeli oleum 115, 119
Chelidoniæ eſſentia 114
Cholericorum r. 69
Chymicæ artis commendatio 2,61
Chymicam artem veteres Philoſophi excoluerunt ibid.
Chymica ars modò naturalis, modò artificialis dici poteſt 48,49
Chymica ars poſſibilis & verè naturalis 60
Chymica ars veras medicamentorum præparationes edocet 18,62
Chymici cur peſſimè audiant 2
Chymicorum regulus 22
Cibatio 55
Cinnamomi oleum 116
Cnicus 126
Coagulatio 55
Cochlearum cinis 11
Cœleſtium corporum motu, &c. introducũtur formæ in inferiora 43
Cœleſtis temperatio 32
Cœliacos iuuans 69
Colchicum Ephemerum 140
Colicorum r. 6,75,79
Colocynthis 126, cur tenuiſſimè puluerisanda ibid & 134, eius extractum 146
Colophoniæ oleum 112
Comitialis r. 18,68,77, 80,91,96,102,103,110,116, 128,143,148
Conceptionem iuuans 107
Concoctionem promouẽs 119
Concretorum corporum quotuplex ſit differentia 41
Concretionis corporũ cauſa 41
Concretionis & ſolutionis cauſæ contrariæ 42
Coniunctio 54
Conuulſionis r. 11
Corroborantia 66,77,95, 100,107,108,147
Coralli 22,95,96
Corallorum tinctura 96, & 97
Corneola 95
Cornu ſerui 18, eius eſſentia 107

Cor-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0174
DFG

Cornu monocerotis 18, 107
Corpus renouantia 67, & 68,93,136
Corroborantia 119
Corticum olea 117
Costus 116
Cranium humanum 103, eius sal & oleũ 18, essentia 103, sublimatio 107
Croci essentia 117
Crocus Martis 72
Crustatorum genera quot 7
Crystallum 13,98
Cucumeris agrestis radix 10,125 eius essentia 141
Cydoniorum oleum 118
Cyperus 116

D

DEntium dolores mitigans 90
Diaphoreticũ medicamentum 67,86
Diarrœæ r. 70
Dictamus 116
Digerentia 10
Distilationes sistens r. 6
Dolores mitigantia 100, 109,119
Ductilia 30
Dulcis sapor finis 14
Dura 41
Durities omnes dissoluentia 123
Dysenteriæ r. 69,70,130

E

EBuli radix 10
Ebur 18,107
Effectrices causæ patibilibus sunt nobiliores 40
Elaterij extractum 142
Elemẽta in mixtis quo subsistunt 29
Exelemẽtis quomodo fiunt metalla 37
Elephantiæ r. 136
Elixir 53
Elleboro vtroque vsos fuisse veteres 137
Ellebori extractum 130 135
Ex Embryonis generatione similitudo 27
Emollientia 10
Epilepticorũ r. vide in Comitialis
Epithymi oleum 115
Eryngium 116
Erysipelatis r. 136
Essentiarum extracta nullum empireuma reddere 121
Essentiæ proprium 98
Esulæ radix 129,140
Eupatorij Mesuæ radix 127
Euphorbium 43,145
Euphorbij extractum 146,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0175
DFG

oleum 122
Exaltatio 56
Excrementa corporis vniuersi expurgantia 67, & 68, 84, 136, 138, 140, 141, 143, 144
Experientia 67

F

FAciei maculas tollens 114
ad Faciei ruborem 110
Febris continuæ r. 95
Febris intermittentis rem. 94
Febrium putredinem cohibentia 91, 92
Febris quartanæ r. 10, 15, 111, 138, 139
Fermentatio 56
Fermentum 54
Ferrum 20, 69
Ferrũ arte mutari in Chalybem 44
Ferrum contra Aubertum, non esse auro nobilius 27
Feruores arcens r. 3
Fistularum r. 73, 85, 87, 88
Fixationis vires 81, 87, 89
Flatus discutiens r. 116
Florum olea 115
Fluxiones inhibentia 3, 115, 118, 121
Fœniculi oleum 116
Formæ essentiales 21
Formam suam essentialem quæ sunt affecuta, quomodo vel imperfecta dicantur 26, & 27
Formam nudam auri vel argenti à suo abstractam concreto contra Aubertum non esse lapidis Philosso. materiam 57
Fossilia 30
Fraxini cortex 10
Frigidos affectus iuuantia 109, 121
Frigus proprium esse patientium elementorum 40, 46
Fructuum olea 116
Ad Fungorum venena 80
Fusilia 30

G

GAgatis oleum 117
Gagaci oleum ibid.
Galbanum 121
Gangrenæ r. 87
Gemmarum præparationes 94, & 95
Generatio ex quibus fiat 50
Genista 115
Gentiana 116
Glycyrrhiza ibid.
Granati 95
Gummi præparationes 120

Halitus

H

HAlitus 31
Hederæ oleum 122
Helenium 116
Hemicraniæ r. 147
Hepatis 74,91,120,123,141, 144
Herbarum essentiæ 111
Hermodactylus 77,125
Hermodactyl. extractum 140
Hircini sanguinis sal. 97
Hirundinum aqua 110
in Hominis generatione quæ sit materia propinqua 37
Humidum 40
Humidum viscosum 36
Humores viscidos & crassos educentia 84, 93, 143, 146
Hyacinthus 95,97
Hyberno tempore arbores posse flores fructusque suos producere 48
Hydropicis nocens 90
Hydropis r. 5,67,84,110, 136,139,140,149

I

IAspis 95,96
Ictero conferens r. 109
Iecoris r. vide Hepat.
Iliacorum r. 75
Imperfecta quæ sint 45
Impetiginum r. 138
Incoagulabilia 46
Inflammationes extinguentia 118
Intestina corroborans 121
Intestina excorians 143
Iris 10,126
Iris illirica 116
Ischiadis r. 122,145
Iuniperi oleum 116,117

L

LAc Philoso. 55
Lachrymarum præparationes 120
Lactariorum extracta 119
Lacus Lemanus, contra Aubertum, nullos continet cancros 7
Ladanum 3
Ladani oleum 129
Languidas partes firmans 107
Lapis Armenus 77, 126, 180
Lapis Cornalinus 98
Lapis Cyaneus 77, 126, 148
Lapis Hæmatites 98
Lapis Iudaicus ibid.
Lapis Lyncis ibid.
Lapis Philosophicus 49
Lapidi Philos. conficiendo, multis variisque rebus ac instrumentis nil opus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0177
DFG

esse 57, lapis Philoso. metallum imperfectum cui sibi non assimilat 60
De lapidis Philoso. materia variæ eædemq; erroneæ opiniones 50,51,52
Lapidem Philoso. esse naturalem 58,59,60
Lapidis Philos. operationes 53; verum subiectum 52, vires 57,62
Lapidum pretiosorum præparationes 95
Lapides pretiosos, vt vulgò exhibentur parum proficere 96
Lapilli spongiarum 98
Lapilli in bouis ventriculo 111
Lapilli in vesica fellis tauri ibid.
Lathyris 126
Lathyridis grana licet integra valide tamen purgare 129,130
Lathyridis granorũ essentia 141
Laudanum medicamẽtum laudabile 3
Laudanis compositionem, quæ simplicia ingrediãtur ibid.
Laudani descriptio cur hic omissa 7
Laudani vires 4,7
Baccharũ Lauri oleum 116, & 119
Lenientia 18,& 109
Leporis coagulum 110
Lepræ remedia 66, 67, 104, 119,138
Lienis rem. 10,16,69,91,117, 123,141,& 143
Lienteriæ rem. 69,70,120, 151
Lignorum olea 117
Lilium verum 94
Liliorum oleum 119
Limonum succo margaritæ soluuntur 91
Limonum succus Margaritarum est menstruum 131
Lipothymiæ r. 107
Liquabilia 30
Liquorum præparationes 120
Lithargyros 75
Lumbrici, vide vermes
Luna fixa 67
Lunæ oleum 69
ad Lupos 87,93

M

MAgnes 124
Malua 126
Mali mortui r. 93,136
Mandragoræ oleum 118
Maniæ r. 6668, & 136
Manna 126

Marcha-

Marchasitæ 21
Margaritæ 29,95 & 96
Margaritarum essentia 98
Martis oleum 70
Mastiches oleum 120
Materiæ plures possunt esse rei eiusdem 49
Matricis r. 116,117
Mechoacam 127 & 151
Medicamēta omnia ex quibus desumantur 65
Medicamentorum quæ tenuium sunt partium præstantia 108
Medicamenta alia alijs humoribus purgandis accōmodatiora 124
Medicamentorū malignitas vera ipsorum præparatione adimitur 137
Medicamenta venenata 124
Melancholiæ r. 46,65,66, 68,77,96,115,136,139,143
Meliloti oleum 115
Melissa ibid.
Mellis oleum 18
Membra roborantia 118
Mensesmouens 108
Menstruum quid 131
Menstrua Spagyricorum non omnia esse calida 131, nec quamuis calida sint, calorem vllum suo extracto posse imprimere 133
Menthæ oleum 115,119
Mercurialis 126
Mercurius 20,75
Mercurius concrematus 76 crudus ibid. & 79, præcipitatus ibid. & 90, sublimatus 78
Mercurij præparationes arduæ & difficiles 78
Mercurij Balsamus 86, natura 78, oleum 86, perfectio in quibus consistit ibid. præcipitati præparatio vulgaris 81, sublimati conficiendi methodus 79 eiusque malignitas 79, 80,81, vide argentum viuum & turpethum minerale.
Metallum vocabulum Polysimon 19, eius vera notio 47, aliud alio cur pretiosius 23, 24, in sua specie vnum quodque perfectius & præstantius reddi posse 44
Metalla Planetarum vocabulis cur Chymici nominent 20, omnia præter Solem & Lunam in cineritio in fumum euanescere 24,33, diuersa in ijsdem fodinis reperiri 46, imperfecta arte perfici posse 50, quomodo

verè transmutata esse dignoscantur 58
Metallorum differentia inter se 27, diuisio 21,23, materia 29, causa efficiens 43, illorum generationem quæ diuersam faciant 47
Metalli & lapidis qui liquescit igne differentia 21
Ex metallis veteres medicos multa depromsisse medicamenta interna 69
Metallica 30
Meteorων Materia 31
Minium 80
Mysi 73
Mollia 41
Morphææ r. 93
Moscus 18
Moschi essentia 107
Mumia triplex 99, sicca vetustioribus tantùm cognita fuit ibid.
Mumiæ essentia 101, fæces ibid. liquidæ præparatio ibid. siccæ præparatio 102, recentis præparatio 101, tinctura 102
Myrobalani 151
Myrrhæ oleum 122
Myrtillorum oleum 181

N

NApellus 77
Nardinum oleum 118
Nasturtij semen 16
Naturalia 45
Naturam roborans r. 65
Naturales formæ duplices 59
Nephreticorum r. 6,116
Neruorum r. 107,119,121 122
Nux cupressi 166
Nucis moschatæ oleum ib.
Nymphææ oleum 118

O

OBstructiones tollentia 16,91,110,113
Oculorum rem. 73, 74, 75, 110,116,117
Oleum ab aqua quomodo separetur 113
Oleum astringens 119
Olea anodyna 109,115
Olea calidæ qualitatis quomodo præstantiora fiant 119
Oleorum officinariorum vera præparandi methodus, pro topicis 118
Oleum inceratiuum 89
Oleum oliuarum 120
Oleum origani 115
Oleum refrigerans 119
Opiatica in antidotis esse neces-

necessaria 6
Opium non correctum periculi plenum 5,108, vti emendetur ibid.
Opio se ipsum interimit Licinij Cecinnæ pater 6
Opoponacis extractum 146
oleum 123
Opus magnum 57
Ossium præparatio 106
Ossis è corde cerui essentia ibid.
Os sepiæ 11,111
Ouum non esse materiam à Chymicis requisitam 50
Ouorum finis vltimus 27

P

PÆonia 116
Panaritio vtile r. 110
Paracelsi laus 3
Paracelsi peregrinationum fructus 98
Paracelsica medicamenta ex quibus desumantur 17 18
Paracelsici antiquæ medicinę sunt sectatores 5
Paralysis r. 122,145
Partes principes corroborans 6
Partum adiuuantia 93 107
Parturientium tormina sedans r. 116
Piditica 40
Pestilentium affectuum r. 18,95,98,101,102,105,106, 107
Perfectio rei 25,48
Phlegma è iuncturis euacuans 77
Phtisis r. 101
Picis oleum 122
Piperis oleum 116
Pilulæ de Barberossa 76
Pinguedinum præparationes & olea 108
Pissas phaltus 100
Pituitam euocantia r. 122, 136,140,144,145,147,151
Plures r. 6
Plusse ære & ferro 32
Plumbum 20,73
Plumbo argentum inesse 45
Plumbum crematum 74
Plumbea lamina ibid.
Plumbi essentia ibid. oleum ibid. saccharum ibid.
Podagræ r. 48,123
Poitica 40
Polipodium 151
Pompholix 33,75
Proiectio 57
Proprietates occultæ sacra asinorum anchora 12
Pruna 134
Pulmonis r. 89,116
Puluis Philosō. 57

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0181
DFG

Puluis iecoris ranarum 111
Punctura rum r. ibid.
Purgantia medicamenta 123
Purgantium medicamentorum tres ordines 126, eorum Spagyrica pręparatio quid præstet 128 149
Purgantibus medicamentis ea admiscenda quæ vel illorum malignitatem retundant, aut imbecillitatem excitent 133
Purulenta extussientibus r. 88,89
Putrefactio 55

Q

QValitatibus contrariis halitus & metalla non esse prædita 32
Qualitates masculæ ibid.
fœmineæ ibid.

R

RAdicum olea 116
Raphanus syluestris 126
Rarefacientia 9
Refrigerantia 118
Regeneratio 55
Resoluentia. 11,109,119
Rhabarbarum 124,126
Rhabarbari extractum 149, fæx 150, infusum 129, 149
Rosæ 126
Rosarum oleum 118
Rubini præparatio cur hic prætermissa 97
Rubricæ metallum 19

S

SAccharum 16
Sagapenum 125
Sagapeni extractum 146 oleum 123
Sal solo sale resoluitur 11
Sal calore concretum igne ipso solui potest 43
Sal factitiũ 60, minerale ibid. fusile 42, vstum 11
Salis metallum 20
Salis vires 15
Salamandra Philosoph. 57
Saluia 115
Sambuci oleum 117
Sandaracha 86,87
Sanguinis vera euacuatio 125
Sanguinem atrum purgantia 93,136
Sanguinem purificantia 67 116, sistentia 6,71,92,96, 98,100,110
Sapphyrus 95,96
Sarcocollæ extractum 146, oleum

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0182
DFG

oleum 122
Sarda 95
Scammonium 125
Scammonij extractum 146
Scillæ extractum ibid.
Scirrhosis conferens r. 109
ad Sclopetorum vulnera 78
Scorpionum ictus t. 96
Secundas eiiciens 108
Semi metalla 21
Seminum olea 166
Senna 124,126,151
Septica medicamenta 86
Septicorum malignitas & acrimonia vt tollatur 87
Septicis præparatis in Chirurgia vti licet 88
ad Serpentium ictus 106
Serum lactis 126
Siccum 40
Sigilli Lemnii essentia 98
Similia similibus curari 11
Sitim restinguens 91
Smaragdus 95,96
Solutio Philosoph. 54
Somnum conciliantia 6, 96
Sory 73
Spasmi r. 122,145
Spermatis ranarum aqua 110
Spiritus reficiens r. 4,117, 148
Spiritus perfecti proprium 78
Spiritus rerum in corporibus solos agere 5
Spodium 75
Stannum 20,75
Stannum glaciale 21
Stercoris bubuli aqua 110
Stœchalaus oleum 115
Stomachum iuuantia r. 69, 96
Stomomatis squama 69
Stybium inter metalla non esse numerandum 20
Styracis oleum 122
Sublimatio 56
Sublimatione res omnes purificari 79
Succinum 124
Sudores prouocantia 67, 85,94
Sulphur proxima est metallorum cum argento viuo materia 30, in metallorum procreatione agentis vim obtinet 25,37, in aqua non soluitur, sed calore liquefit 39, pulmonum est Balsamus 89
Sulphur Philosoph. aliud esse à sulphure vulgi 39
Sulphur vulgi non est lapidis Philosophorum materia 52
Sulphur album incombustibile 57
Sulphuris oleum 89,90
sublimatio 89
Surditatis r. 110.122

Suspiriosorum r. vide asthma
Syncopes r. 95,96,107,148

T

TAmaricis oleum 115
Tartari aqua 113, oleū ibid. Sal. 114
ad Tartareos morbos 133
Terebinthina 126
Terebinthineolum 121
Terra foliata 55
Terta mortua 18
Terra Samia 98
Terræ proprium ibid.
Tertia natura 60
Tapsia fuschij 139
Tapsiæ succus 140
Thuris oleum 121
Thymelææ radix 125,140
Thimi oleum 115
ad Tophos 18
Tormentilla 116
ad Tremorem membrorū 107,122
Triticum in siliginem degenerare & contra 47
Troglodytis vires 12
Turpetum 139
Turpeti extractum ibid.
Turpeti mineralis descriptio 82
ad Turturem marinum 90
Tussim leniens 6
Tuthia 33,75

V

VApor 30,34
Vapores crassi in locis subterraneis 32
Vapor medicamentorum 127
Valeriana 115
In vegetabilibus quærendū non esse Philosoph. lapidem 50
Venas aperiens 143, erodens 5.140
Venenata medicamenta 124
Venenatorum r. 90,96, 98
Venenorum r. 6,95,97, 101,105,107,148
ad Venereæ luis vlcera 67, 76,79,84,86
Ventriculo nocens 143
Ventriculum roborantia 16,65,70,100,166,119,120, 121
Ventris latas tineas necans 80
Ad infantulorum Vermes 110
Vermium millepedum pulvis ibid.
Vermium terrestrium aqua ibid.
Vertiginis r. 136,147

Vesicæ affectuum r. 73,76, 85
Vini oleum 113, spiritus 112
Violæ 126
Violarum oleum 118
Viperarum præparatio 104, pastilli 105, puluis 106
Vitis nigræ radix 127
Vitriolum 80
Vitrioli, colchotar, ochra, oleum sal spiritus 91
Vitrioli vires 90
visus imbecillitas, vide oculorum remedia. 117.
ad Vlcera quęuis maligna putrida 66,72,74,75, 76,86,87,88,91,92,93,94, 103,1 0,113,114,137
Vomitum arcens r. 120
ad Vrinæ ardores 116
Vrinas mouentia 111,12
Vulnerum r. 87,105,121, 12

Z

Zibetta 18

FINIS.



IOSEPHI

QVERCETANI MEDICI, SCLOPETARIVS:

SIVE,

DE CVRANDIS VVLNERIBVS, quæ Sclopetorum & similium tormentorum ictibus acciderunt, Liber.

EIVSDEM

ANTIDOTARIVM SPAGYRICUM aduersus eosdem ictus.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Sumptibus Laurentij Alberti, Typis Hæredum Romani Beati.

CIↃ IↃ CII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0187
DFG

AVCTOR AD SVOS LIBELLOS.

Si vos fortè videns caperata fronte, libelli,
Si quis vos carpat, non meliora ferens:
Hæc vos ne moueant, odiis patet ille bonorum,
Virtutis comitem prodit & inuidiam.

Virtutis Comes Inuidia.

SERENISSIMO, ILLVSTRISSIMO, ET POTENTISSIMO PRINCIPI, Franciſco Galliæ Regum Filio & Fratri, Duci Alenſonio, &c.

IOSEPHVS QVERCETANVS ARMEN.

S. D.

QVVM *de tua erga me benignitate, & beneuolentia certior factus eſſem, Princeps Illuſtriſsime, admonitusq; fuiſſem, tibi eſſe in animo ac iam decreuiſſe, me in tuam clientelam ac familiam recipere, eiuſque me conſilij ac voluntatis tuæ nuper admonendum curaſſes: cogitare cœpi, quemadmodum meum erga Celſitudinem tuam ſtudium, fidem atque obſeruantiam declararem,*

Nam quum Principibus placuisse viris (vt ait Poeta) non vltima laus est: tum verò tanto ac tam sapienti Principi gratum iucundumque esse, summæ mihi fœlicitatis loco numerandum puto. Itaque quum hunc librum de Scolpetariis vulneribus curandis propediem editurus essem, cœpi consilium Illustrissimi tui nominis splendore illum exornare, meaq; ad te profectionis vel comitem adiungere, vel prænuncium & quasi antecursorem mittere: vt huc quantumuis tenui & exiguo munusculo mei erga C. T. animi propensionem testarer. Etsi enim perexiguum munus istud est, neque tantæ amplitudini, dignitati ac potentiæ tuæ conueniens, quum in eo de chirurgicis tantùm artibus, & vulneribus, lacerationibusque, & corporum sanandis agatur: existimaui tamen hoc genus argumenti, præsertim hoc tempore, tibi non ingratum fore: imò verò ad sanctissimum & sapientissimum istud tuum in iuuanda patria institutum accommodatum esse iudicaui. Nam quum patriam charissimam, ciuilibus istis ac diuturnis bellis vexari, cruentari, lacerari videres, prudentissimum consilium

silium inisti, remedium tot malis ex reconciliatione partium, & ciuium concordia, quærere: tantaque tua erga patriam charitas extitit, vt ipsius salutem tuæ anteponeres, eique pacificis tuis consiliis quamprimùm subueniendum putares. O beatam tali Principe Galliam! O fœlicem fortunatamq; tali filio Patriam! cuius mortiferis vulneribus, ac propè iam desperatæ saluti, tam præsens ac tam opportunum remedium obtulisti. O ingratos ciues! ne dicam impios, si qui erunt (quod Deus prohibeat) qui tantum ac tam singulare beneficium sibi diuinitus oblatum repudient. Commemorantur summi Græciæ Duces ac Principes Chirurgi periti, eoque nomine Patroclus, Machaon, Podalirius ab Homero magnis laudibus afficiuntur, quòd sauciatis militibus mederi, manusq; ipsorum vulneribus admouere non grauarentur. Alexander ille re & cognomento Magnus sauciatos etiam suos milites sua (vt Plutarchus testatur) manu curabat. Eamque virorum fortium commemorationem fateor mihi animum ad hanc inscriptionem ac dedicationem addidisse: quum cogitarem genus

hoc

hoc argumenti ac tractationis tibi non alienum hoc funestissimo ac luctuosissimo tempore visum iri. Sed illorum Principum prudentiam ea re mihi superasse videris, quòd non modò accepta iam vulnera sanare institueris, verumetiam ne quid posthac eiusmodi incommodi accidere possit, præcauendum putaris. Laudantur reges veteres, atque Imperatores complures: in his Mithridates, Attalus, Iuba, Ptolomæus: item Augustus, Tiberius, Adrianus, Aurelius, Iustinus: quòd non modò summam Medicinæ peritiam assecuti sunt, verumetiam medicamenta quædam ipsi suo studio excogitarunt. Quanto illustrior tua res futura est, qui non paucis hominibus, sed vniuersæ patriæ præsentissimum pacis medicamentum obtulisti? Itaque nunc, quum vniuersis meis ciuibus de tam benefico Principe gratulor, quem verè, PATRIÆ PARENTEM, salutare atque appellare possumus: tum verò inprimis mihi ipsi gaudeo, quòd Mecenatem heroica ista virtute & magnitudine animi præditum sim. adeptus. Mihi quidem certum ac deliberatum est, ita fidelem & promptam Celsitudini tuæ operam

in

in meo fungendo munere nauare, vt neque te huius in me complectendo consilij, neque me tanti erga C. T. studij atque obsequij vnquam pœniteat. Vale Serenissime Princeps & Mæcenas Illustrissime. Deus tuam Celsitudinem perquamdiu beatissimam ac florentiss. esse velit. Calend. Decembris.

ODE

IHS

ODE DE L'AVTHEVR, TOVCHANT LES MISERES de la France,

A MESSIRE IAQVES DE LA FIN, Cheuallier de l'ordre du Roy, & Gentilhomme de la chambre de sa Maiesté, Seigneur de la Fin la Nocle, Pluuiers, &c.

CENT & cent fois detestable,
Cent & cent fois plus miserable,
Cent fois plus confide en douleur
De l'homme la race chetiue,
Qui foisonne en plus de malheur
Que toute autre chose qui viue.
O cent fois encor' malheureuse
Ceste poure masse fangeuse,
Qui auance ores son trespas
Gehennant en la guerre sa vie:
Et pour mourir ne comprend pas,
Qu'il ne faut qu'vne maladie.
De iour en iour la Parque dure
Trame nostre fil, qui pen dure
Maugré nous, & cillant nos yeux,
Mesme auant le temps nous menace,

Que dans le lac obliuieux
Elle abbaissera nostre audace.
Toutes fois or' on void la terre
Ne conuer rien plus qu' vne guerre,
Auec cent mille horribles morts:
Et autant de dures batailles,
Qui sortent auiourd' huy dehors
Du creux de nos propres entrailles.
On void desia la troupe noire,
Qui fait de dans la Meuse boire
Ses cheuaux, & mille soldats
Auec la picque & la cuirasse
Et l' arquebus de toutes parts
Faire trembler la populace.
Tout ce grand orage s' assemble
Contre la France, qui en tremble,
Et qui s' est cerché ce malheur,
Permettant à tuotes ses villes
De conuer à tort la rancueur
De toutes les guerres ciuiles.
Elle est desia toute estonnee
Veoir marcher la foudre entonnee
Dedans l' homicide metal,
Qu' vn Moyne ennemi de nos vies
Fondit au brasier infernal,
Aydé de tuotes les Furies.
Desia les murailles chancellent,
Les cieux & l' air en estincellent,
Et on void ouurir les tombeaux,

Pour

Pour elorre mille testes mortes,
Que desia ces foudres nouueaux
Menacent en cent mille sortes.
Voila, mon de LA FIN, en somme
Le miserable est at de l'homme.
Et voila comme le Francois
Sa mort soy mesme se machine,
S'armant soy mesme d'vn harnois,
Duquel soy mesme il se ruine.
Le lion beste si tresfiere
N'abbat luy mesme sa taniere,
L'ours ne se paist pas de la chair
De l'ourse, encor' qu'lle soit morte,
Et ne vient sa griffe approther
Contre les bestes de sa sorte:
Mais nostre France plus cruelle
Ores soy mesme se bourrelle,
Et s'ouure l'vn & l'autre flanc,
A fin de se venir repaistre,
Et se baigner dedans le sang
De ceux mesme qu'elle a faict naistre.
O poure France! quelle gloire
As-tu d'vne telle victoire?
N'acquerrois-tu pas plus d'honneur,
Si de guerroyer tu bouillonnes,
Monstrer la force de ton cœur
Contre tant d'estranges couronnes?
Ne vois-tu pas bien, qu'elles dressent
Leur gloire des maux qui t'abbaissent?

Va donques de tes ennemis
O France, d'vne ame eschauffee,
Triompher dedans les païs,
Et fais y marcher ton armee.
Autrefois estante toute vnie
Tu as faict trembler l'Italie,
Et faict sonner ton tabourin:
Et dans l'Espaigne & dans la Frandre,
Et dessus les riues du Rhin
Tu l'as faict encores entendre.
France va plus auant encore,
France va butiner le More,
Et semer ton lis blanchissant
Dedans le milieu de la Grece,
Et monstre qu'il n'y a CROISSANT
Que ta force & vertu n'abbaisse.
Pour vne si saincte querelle
Tu rendras ta gloire immortelle,
Et rapporteras sur ton front
Toutes les victoires grauees,
Que tes braues enfans auront
Tant heureusement acheuees.
Non, non, il ne faut pas qu'ils craignent,
Soit que les flesches les attaignent,
Ou bien que par vn coup donné
Leurs os & leur chair soit meutrie
De quelque plomb empoisonné,
Qu'ils perdent le los ny la vie.
En si beau lieu son sang respandre

N'est

N'est rien plus qu'immortel se rendre.
Et quand la mort les assaudroit,
Par quelque playe fort extreme,
Ie leur appren comme il faudroit
Bien tost se guerir de soymesme.
Mais au contraire, poure France,
Le coup que ta propre main lance
Contre toy-mesme, est si mortel,
Que rien n'y seruira non liure:
Ains faut qu'vn Alcide immortel
D'vn si grand meschef te deliure.
Alcide tira Pyrithee
Hors des enfers, & son Thesee,
Maugré le portier infernal:
Et contraignit remettre en vie
Iadis contre le sort fatal
A Pluton la morte Euriuie.
Encor' ce mesme fils d'Alcmene
Deliura & mit hors de peine,
Tant estoit grande sa valeur,
Iadis Hesione de Troye,
Liee contre vn rochier dur
Pour estre d'vne Ourque la proye:
Ainsi toy, qui es oppressee
Et pour la proye delaissee
D'vn monstre hideux par tant de fois
D'vne guerre ciuile, ô France,
Voici cest HERCVLE FRANCOIS,
Qui vient cercher ta deliurance.

C'eſt celuy qui de toy dechaſſe
Tout horreur auecques ſa maſſe
Bien loing, & de ſon puiſſant bras
Te ſoiſtent eſtant esbranlee,
Ainſi qu'Hercule & qu'vn Atlas
Souſtenoit la voulte eſtoilee.
Chante donc la gloire immortelle,
O France, auec ma chanterelle
De ce grand Hercule Francois,
De ce Francois l'honneur des Princes,
De ceſt Hercule des Valois
Cerchant la paix de tes prouinces.
Et toy, mon LA FIN, qui l'honores
Et ſur tous Princes decores,
Ayde moy chanter ſes vertus
Auec ta langue ſi faconde:
Ie ſcay bien auſſi que tu veux
Qu'on le loüe par tout le monde.

ET FLORIDA PVNGVNT.

AV SEIGNEVR DE MORENCÉ & de Lyſerable,

HVICTAIN.

Tu as auec tes doctes vers,
O mon du Cheſne que i'honore,
Publié par tout l'vniuers
Les grandes beautés de ta Flore.

Ce

Ce tien labeur plus proffitable,
Et tes diuers escrits feront,
Que plusieurs gens t' estimeront
En plusieurs choses admirable.

I. D. L.

SONNET AV SEIGNEVR de Morancé & de Lyserable, Medicin & Philosophe excellent.

Le Moine soit maudit, qui eut ceste industrie
De percer vn canon pour sçauoir quels efforts
Le salpetre feroit en vomissant dehors
Vn boul & tout en feu poussé de grand' furie.
Carcent mille depuis ont accourci leur vie,
Lors que sur vne breche & courageux & forts
Ils chassoyent l' ennemi, en prodiguant leurs corps
Aux boulets qui plenuoyēt aussi menu que pluye.
Du Chesne soit benit, quand voyant les blessés
En grand nombre, auec cris, pour estre mal pēsés,
Perdre, quelle putié! du beau iour la lumiere,
Nous donne le moyen, par lequel on pourra
Toute playe guairir que la bale fera,
Et les hommes remettre en leur santé premiere.

PIERE ENOC.

Virtus Phœnici similis.

AV SEIGNEVR DE MO-
rencé & de Lyserable,

L'enfer, & tous malheurs, huchés par Tisi-
phone,
Contre le genre humain voulurent s' assembler,
Tout execrable exces vint ce Moyne endiabler,
Quand la poudre il trouua qui cõtre le ciel tõne.
Siecles plus que peruers n'est-ce assez que Bel-
lone
Sous tant de fers meurtriers vienne tout accabler,
Sãs que la terre encor' pour nos morts redoubler,
Vne foudre seconde & plus grieue nous donne?
Or le ciel faict piteux de voir tant de trespas,
Ce nouueau Esculape a enuoyé çà bas
DV CHESNE, *l'ornement & secours de nostre*
aage:
Qui s' opposant aux maux que ce malheu-
reux fit
Monstre qu'il est donné pour le commun proffit,
Comme l'autre nasquit du monde le dommage.

BVTTEY.

IOSEPHI QVERCETANI, MEDICI, SCLOPETARIVS, SIVE,

De curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & similium tormentorum ictibus acciderunt, Liber.

Variæ disputationes de essentia morbi ex ictu Sclopetario contracti, ac de veneno & vredine cum illo complicatis. CAP. I.

SVPERVACANEVM fortasse quibusdã videbitur, quòd hunc de curandis sclopetariis vulnerib. libellum edendũ putarim, de quibus cùm alij, tùm præcipuè Laurentius Ioubertus, præstantiss. medicus, nuper admodum cõscripsit ita diligenter atq; accuratè, vt nihil, quod ad vulneris essentiam ac naturam pertineat, prætermiserit: quæ si nota & comper-

tæ est, confestim primam & veram curandi rationem ostendit: quam idem vir doctissimus Ioubertus in suo libro eruditè ac methodicè demonstrauit. Sed quo minus illius auctoritate ab hoc instituto meo deterreret, fecit primùm incommodorum & vulnerum de quibus agitur, grauitas: deinde studium mihi à natura & Deo immortali insitum, aliquid opis, pro mea virili parte, generi humano afferendi: ac præsertim genti meæ, in cuius gratiam libellum hunc etiam lingua Gallica conscriptum euulgaui. Spero enim me salutaria quædam remedia, neque iis qui ante me scripserunt, neque in vulgus nota, prolaturum: quorum vsum ex summis quibúsque Medicis ac Chirurgis cognoui, partim quùm varias Europæ regiones peragrarem, partim quùm in castris vnà cum peritissimis Medicis versaret. Primùm autem exponam, quæ mihi videatur esse horum vulnerum ac morborum essentia: quæ in tractatione primas tenent omnium consensu, Botallus, Ioubertus & Paræus: qui morbos istos sclopetarios tradiderunt esse complicatos: quasi constent ex solutione continui cum contusione, & dilaceratione plerumque musculorum, vasorum, & partium solidarum: cui multa symptomata contingunt: quę quùm varia sint, variam quoque curandi rationem requi-

requirunt. Hæ sunt duæ species morbi, ex quibus disputarunt ictus sclopetarios præcipuè constare, ac proinde duas remediorum species proposuerunt: vnam qua partibus dilaceratis & luridis succurratur, vtpote carni, neruis, tendonibus, ligamentis, compacturis, & ossibus, idque ratione contusionis, quæ potest sine vlla manifesta plaga contingere, & à Græcis ἐκχύμωσις appellatur: neque tamen idcircò periculi expers est: sed plerumque magnis symptomatis obnoxia, patiturquè interdum magnam sanguinis effusionem inter musculos, qui è vasis suis excussus continuò putrescit: itemquè dolores magnos & varios, quos variæ defluxiones consequuntur, variique tumores, inflammationes, ad extremum etiam gangrenæ & interitus partis affectæ: alteram quæ cum euidenti plaga contingit & multò frequentior est, & quò maior est, & profundior, eò periculosior videtur: glans enim plumbea aut ænea, quò vehementiùs ingreditur, eò magis elidit partes in quas incurrit, qua de caussa sanguis, qui in locum contusionis defluit, implens orificium venarum & porositatem aliarum partium, condensatur: & à calore naturali destitutus (qui restinguitur ac mortificatur propter relolutionem spirituum f..ctam

& ratione doloris, & dilaceratione tot partium sesèque ad fontem suum recepit, hoc est, ad cor, propter horrorem, qui concipitur ob ictum lethalem (efficitur coloris luridi, similisque in illo euadit esharæ, vt vulgò appellant, qui quùm facilè corrumpatur, facilè quoque subiectas partes corrumpit, & præcipuè spermaticas: quæ celeriter in saniem conuertendæ sunt, quemadmodum ant quorum opinio fert, quò faciliùs isto modo secernatur, quod est iam quasi peremptum & mortuum, ab eo quod adhuc viget ac viuit. Quòd vt fiat, vti solent chirurgi vulgò remediis suppurantibus & mollientibus: quorum vsus etsi vulgaribus contusionibus est accommodatus, tamen in istis plagis non temerè, nec sine graui iudicio adhibendus est: ac præsertim sine indicatione, sumpta ex constitutione corporis, temporis & partium. Nam quùm istiusmodi plagæ facilè magnam putrefactionum copiam admittunt, sæpenumero etiam cum vermibus & putredine intolerabili, non est dubitandum, quin vsus illorum medicamentorum, quæ vi sua putrefaciunt, augeat, exacerbetque morbum, propter vapores malignos, quibus partes præcipuæ inficiuntur: cerebrum nimirum, & cor, & iecur: vnde consequuntur conuulsiones, & phreneses cum febribus continuis,

quas

quas plerumque mors atque interitus comitatur. Id autem euenit præsertim in corporibus cacochymis, quorum caro quùm propter sanguinis putrefactionem malè affecta sit, non mirandum est, si vulnera vel periculosissima sint, vel difficillimè & ægerrimè curentur. In hoc genere aëris quoque & cœli qualitas consideranda est, itèmque partium affectio & status. Cui namque dubium est, quin Auster in harum plagarum concaua penetrans, & naturalem calorem debilitans, maiorem vim habeat in putrefactionibus adaugendis & vermibus ingenerandis? quod etiam experientia ipsa quotidie demonstrat: vt præteream Hippocratis auctoritatem lib. Aphoris. 3. & in lib. de Epid. quod alio etiam loco significat, vbi docet siccum salubriorem esse quàm humidum: ac proinde corruptionem omnem ex nimia humiditate, quasi ex sua materia, effici. Ad eam rem nobis quoque magnoperè proderit cognitio temperamenti partium: propterea quod vulnera imposita capiti, ventri inferiori, & partibus humidioribus, ac proinde magis obnoxiis putredini, quia contusæ sunt, exquirunt à nobis vsum horum remediorum suppurantium: non tamen sine magno & acri iudicio iis vtendum, quùm præsertim multę offensiones ex imprudentia & temeritate Medicorum

in hoc morborum genere contingant. Neque enim vnquam medicus excusabitur, si quùm plagam tetro odore affectam videat (quod pessimum esse signum solet) itemque vermibus & sanie & pure contaminatam, (quæ omnia etiam primis quibusquè diebus propter superiores causas accidere possunt) satis habeat vti remediis digestiuis, vt vulgò appellantur, disputans plagam esse contusam ac propterea supperandam esse: præsertim quùm his incommodis animaduersis confestim confugiendum sit ad alia remediorum genera, quæ putrefactioni resistunt, vt incommodis periculosioribus occurratur, quæ nobis prædicta minitantur, gangrenæ videlicet, ac præsertim sphacelo, aut totius partis interitui. Eiusmodi sunt sales metallici & semimineralium, ex cupro præsertim, ferro, mercurio, vitriolo, sulphure, arsenico, & auripigmento eliciti: quemadmodum suo loco docebimus vbi de curatione agetur. Nam quùm hi sales quasi Balsami exterioris vsum habeant, & calore ac tenuitate sua crassos humores qui naturalem calorem suffocant, incîdant, tenuesquè digerant, & putredini salsitudine & aciditate obsistant, tuentur plagas illas à gangræna & mortificatione: viamquè muniunt (mixti cum aptis medicamentis, de quibus posteriùs dicemus) ad faci-

lem

lem & breuem curationem, idque sine vllo dolore. Meliora multò remedia, quàm simplex præcipitatus vulgò præparatus, quàm Ægyptiacum illud, præsertim quod Arsenicum & Sublimatum ingrediuntur, & similia, quorum vsum communem & peruulgatum vix est vt comprobare possim, propter ingentes dolores, quibus ij qui curantur, affici solent: quorum summam ac præcipuam haberi rationem oportet. Quod incommodum tamen per veram & idoneam præparationem Spagyricam vitari potest, magno cum ægrotorum solatio & alleuamento. Hactenus de primis remediis quæ ad primam indicationem proponuntur, hoc est, ad partium dilaceratarum & contusarum substitutionem: qua in re prudentem & consideratum Medicum esse oportet in variandis remediis, & ad varias affectiones, & casus repentinos accommodandis, vt vniuerso morbo prouideri possit: quemadmodum Galenus quoque docuit. Secunda remedia, quæ ad generaliorem indicationem vsui sunt, pertinent ad disiunctas partes inuicem consolidandas: quod fit potissimum opera Balsami radicalis & naturalis, qui in quaquè parte continetur, tamquàm principalis agentis, & virtute sua operantis, cùm alimento consentaneo & congruenti, cuius magna

vis est in efficienda agglutinatione & earundem partium consolidatione: qui Balsamus tuendus est à medico accommodante se illi tanquam efficienti & principali caussæ, & prouidente ne vis eius & efficientia impedimento aliquo retardetur: tollenteque externas caussas illi noxias atque aduersarias, & quæ irritandi vulneris & impediendæ consolidationis vim habent, quam moliri debet, quoad fieri potest, & ratione victus consentanea, & medicamentorum congruentium applicatione. Hæc igitur (vt rem summatim exponam) significant nobis duo morbi genera, quibus vulnera sclopetaria constare existimantur, vt reuera plerumque constant: solutionem scilicet continui, cum partium mollium, mediocrium, & solidarum contusione, & dilaceratione: quæ duæ indicatiuæ curationes (vt ita loquar) nobis satis essent, nisi, bona cum doctissimorum hominum venia, qui ante me scripserunt, perfacilè mihi videretur aduersus ipsorum opinionem, & ratione & experientia demonstrare, morbum hunc venenositate & vredine plerumque implicatum esse: quæ duo vulneribus immixta alias à nobis curandi indicationes postulant. Nec tamen hæc eò à nobis dicuntur, vt pertinaciùs eorum sententiam tueamur, qui statuerunt venenositatem ex puluere euenire,

uenire, partim propter eius essentiam, partim propter ipsius transmutationem: quæ fuit opinio Iohannis de Vigo, alioquin doctissimi & præstantissimi Chirurgi, renouata nuper à quodam Alphonso Ferrio Medico Italo, cuius disputatio eruditissimè refutata est à Botallo Medico Regio, & in re chirurgica excellentissimo. Nam illius pulueris compositio perspicuè declarat, essentiam eius venenatam esse non posse: quippe quæ constet ex sulphure, salepetræ, & carbonibus, quæ simplicia omninò veneni expertia sunt, atque adeò salutaria, & summam vim in maximis depellendis morbis habentia: atque in his sulphur, quo tamen Alphonsi disputatio præcipuè nitebatur, quod constat accommodatissimum esse ad affectiones pulmonicas: si modò & aptè & commodè præparetur, quemadmodum iam docuimus, in libello nostro de medicamentorum Spagyrica præparatione. Idemque licet ex Galeni, Theophrasti, Plinij, & Dioscordis scriptis cognoscere: nec non ex assiduo vsu & experimento nostræ Galliæ, atque aliarum nationum, vbi Medici in difficili aliquo morbo curando anxij ac potius desperati, ægrotos relegant ad aquas calidas quæ sunt in Bearnia, aut Germania, aut Sabaudia, aut Italia: quæ per venas terræ metallicas fluentes retinent

quidem aliæ ex spiritu sulphuris, aliæ aluminis, aliæ nitri, aliæ vitrioli, aliorumque similium: neque tamen mortiferæ esse solent, sed salutares, & præsertim quæ sulphureæ sunt ac nitrosæ: quæ multùm aduersus paralysin, sciaticam, calculum, inueteratos stomachi dolores, aliosque generis eiusdem tartareos morbos conducunt: quorum causa resoluitur atque expurgatur per vrinas, propter vim incisiuam & diureticam, quæ à spiritu rerum illarum metallicarum promanat, quemadmodum quotidiana docet experientia, cum maxima & propè incredibili desperatissimorum morborum curatione. Atque hæc quidem de sulphure dicta sint, quod nulla ratione letiferum existimari debet: non magis quàm salpetræ, quod tamen non idem esse arbitror cum nitro Dioscoridis & aliorum antiquorum, vt Botallus existimauit. Id enim ex Macedonia & Ægypto petendum esset, vbi antiquitùs magna eius copia reperiebatur. In Macedonia quidem propter agri naturam, & nitrosum lacum, nomine Clytim: in Ægypto verò propter aquam Nili, qui extra suum alueum & ripas exundans in salebrosis quibusdam locis residebat, in quibus progrediente tempore, illius agri salsugine imbuebatur, & vi Solis paulatim ita condensabatur, nisi quis prouidisset,

disset, vt in lapidem indurescceret. Eiusmodi fuit nitrum quod Alexandriæ nascebatur, quod & omnium fuit infimum, & notas ab optimo dissimillimas habuit. Optimum enim subtile & cauernosum esse solet: itaque tùm à Plinio, tùm à Dioscoride describitur. Vt igitur ad salpetræ nostrum accedamus à nitro diuersum, nisi quòd qualitatum communionem fortè quandam cum illo habet; quemadmodum sales omnes inter se communionem quandam habent, verè tamen ac non temerè affirmare possumus, puluerem tormentarium nullam in se venenositatem posse propter salpetræ recipere: quippe quòd conficiatur vel ex pinguedine quadam è vetustis cellarum aut speluncæ, & antri veteris parietibus diffluente, vnde fortitum videri nomen illud potest salpetræ: aut ex solo pingui & putrido stabulorum veterumque cœmeteriorum, ex quibus salpetræ elicitur, quod tamen vsitato & quotidiano sale venenosius dici non potest: vt vel ex eo cognosci liceat, quòd eo non pauci pro sale vtuntur. Et quoniam neminem fore arbitror, qui contrà pugnare velit, secuti præstantissimorum Medicorum auctoritatẽ, concludere possumus, puluerem illum tormentarium non esse compositione sua venenosum, quũ carbo ex salice, aut alio ligno sicco cõfectus (quod est ingrediens

ipsius tertium) omnis veneni sit expers: quemadmodum puellæ quæ pallore afficiuntur & morbo (quem *Picque* vulgò appellamus) laborant, quotidie experiuntur. Multò etiam minus venenati sunt liquores, quibus plerumque perfunduntur, vtpote vinum & aqua vitæ. Hactenus de pulueris essentia, qui, si eius compositionem spectemus, venenatus dici non potest, quandoquidem nihil ex eius simplicibus, siue ingredientibus venenatum est. Quantùm autem ad eius transmutationem in qualitatem igneam, nihilò magis venenatus dici potest, quùm ratio ipsa doceat ignem vi veneni resistere, tùm actu, tùm potentia sua. Et hæc ipsa eius erroris causa est, in quem Alphonsus Ferrius lapsus est: quum in hoc puluere venenum aliquod exquirit, cuius omninò expers est, quemadmodum ex eius partibus atque simplicibus singulatim examinatis demonstrauimus. Huius rei Germani equites documento esse possunt, quibus moris est, vbi se bombardulæ ictu vulneratos sentiunt, pulueris illius non exiguam copiam in scyphum vino plenum infundere, atque illam potionem tanquam salutiferam ebibere. Vndenam igitur, dicet aliquis, venenum in istis plagis complicatum arbitraris? videtur enim eius rei causa in globulo posita, quum ictu ferit ac percutit. At, quum (vt plurimùm)

ex

ex plumbo fieri soleat, venenatus esse non potest: quùm plumbum naturæ nostræ magnopere congruat, eique valde familiare sit. Nam & ad consolidationem & ad exsiccationem vlcerum vehementer conducit, siue cùm sua forma & natura metallica vlceribus applicetur, vt quum laminulæ plumbeæ iis ad oras maligni vlceris tumidas deprimendas imponuntur: siue cùm illius mortificati & dissoluti calx vnguentis & emplastris adhibetur, vt cum cerusa & minio fit (qua in re veterum omnium Medicorum valet auctoritas) neque tamen in illo vsu signum vllum pestiferum ac venenatum apparet, vt illud omittam, quòd illi globuli plumbei interdum diutissimè in eorum qui sunt icti corporibus, sine vlla pernicie aut incommodo permanent. Vt igitur huic quæstioni non absurdæ respondeamus, ingenuè fateor, plumbum quidem per se & simpliciter in sua natura consideratum, nullam posse venenatam inferre plagis illis qualitatem, nisi fortè venenum extrinsecus adhibeatur: quod facilè factu esse nemo negauerit. Neque enim cuiquam dubium est, quin plumbum (quamuis corpore suo graue inter cætera metalla & terreum sit) tamen & rarum & spongiosum sit, quemadmodum Philosophi omnes fatentur, quippe quod constet ex sulphure impuro & combustibili: magnàque

crassi mercurij copia impuri & fæculenti (quæ tantæ in fundendo facilitatis & raritatis & molliciei caussa est) ac propterea facillimè quouis liquore imbuatur. Quod si etiam ipsi ferro multò densiori, solidiori, minùsque poroso (quippe in quo minima mercurij copia sit) tribuitur, vt etiam venenatam aliquam qualitatem recipiat, dubium nemini esse debet, quin plumbum propter caussas superiùs expositas, multò faciliùs venenatam illam qualitatem admittat, cuius quidem rei varia apud auctores testimonia reperiuntur. Nam quis nescit veteres persæpe mentionem facere telorum venenis imbutorum, quæ venena Græci δηλητήρια nominabant, vt apud Virgilium Æneid. 9.

Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.

Et lib. 10.

Vulnera dirigere & calamos armare veneno.

Et lib. 12.

Non secus ac vento per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle veneni
Parthus siue Lydon telum immedicabile torsit.

Sic Silius lib. 1.

Spicula quæ patrio gaudens acuisse veneno.

Itemquè Ouid lib. Trist. 3.

Nam volucri ferro tinctile virus inest.

Sic Homerus Odyss. 1.

φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη

Ἰοῦς

ἰὸς χρίεσθαι. Hoc est,
Pharmacum mortiferum quærens, vt ei esset vnde sagittas oblineret.

Sic Theophrastus libr. Plant. 9. capitul. 15. testatur apud Æthiopes radicem esse pestiferam qua sagittas oblinunt. Idemquè Plinius de Scythis scribit libr. 12. capit. 53. de Dacis & Dalmatis, Paulus Ægineta libr. 6. capitul. 88. Et generaliter de Barbaris, Dioscorides libr. 6. capit. 20. Neque ad rem pertinet, si quis neget, plumbum suam in fundēdo crassitiem exuens, alterius generis substantiam admittere. Sic enim natura fert, experientiaque comprobat, metalla omnia per ignem purgari, terramque fæculentam, siue sulphur impurum, exuere: eademque opera multò puriora in sua substantia euadere. Hac eadem arte fiunt præparationes cupri, stanni, atque adeò ferri: quod per ignitam fusionem fæces ac sordes suas exuit, atque in imum abiicit, quòdque in eo purius ac syncerius est, quod Chalybs appellatur, remanet, vt 4. Meteor. capit. 6. Aristotel. testatur. Etsi autem horum metallorum imperfectorum propriū sit, crassitiem & sordes suas per vim ignis exuere, (quemadmodum suprà dictum est) nihilominus tamen substantiam quandam à natura sua alienam imbibunt. Cui namque dubium est, quin Chalybs inter ea quæ solidiora sunt, substantia

quadam planè contraria temperetur atque inficiatur? Quis dicet acetum, fuliginem, salem, aquam piloſellæ aut lumbricorum, (raphanorum ſucco permixtam) eſſe ſubſtantiæ ferreæ? At ferrum in illum ſuccum ſæpiùs immerſum ac reſtinctum, adeò indureſcit, vt vix quiſquam, niſi reipſa ſit expertus, fidem ſit habiturus. Idem ex contrario molleſcit extinctum ſæpiùs in ſucco cicutæ, ſaponis & althææ. Quod idem ſtanno quoque vſuuenit, atque etiam plumbo: quæ fuſa & ſæpiùs in ſucco ſquillæ reſtincta ſic afficiuntur, vt illud ſtridorem exuat, hoc verò mollitiem & nigredinem: quod fieri non poſſet, niſi aliquid ex ipſius temperationis ſpiritu & virtute retinerent. Perſpicuum eſt igitur, illa, quamuis per ignem purgentur, & craſſitiem ſuam exuant, tamen alterius etiam generis ſubſtantiam faciſè poſſe imbibere. Atqui abſurdum eſſet exiſtimare, ſpirituum metallicorum, quæ generis eiuſdem ſunt, mixtionem eò faciliùs geri non poſſe. Sic enim videmus cuprum tingi & flaueſcere per calaminæ & tuthiæ ſpiritum: rurſus idem albeſcere per arſenici, auripigmenti, & aliorum quorundam ſpiritum. Vnde commodè concludetur: ſi metalla (ex quibus generaliter glandes & globuli conficiuntur) ac præcipuè plumbum, natura ſua ſpiritualem ſubſtantiam quæ ſui generis ſit,

sit, recipiant, (ex qua veluti ex tàm variis aquis mercurialibus fœtidis & lethiferis, quæ componi solent adhibendo succum Aconiti, Napelli, Squillæ, Taxi, Apij risus, & similium simplicium, venenatarumq; bestiarum, quæ propter substantię suę dissensionem substantiam nostram lędunt & corrumpunt) mixtiones venenatas inde confici, atque plagas reddi istiusmodi veneno ità complicatas, vt solo traiectu ac transmissu notas eius veneni periculosissimas relinquant, nisi maturè opportunum remedium adhibeatur. Nam experientia nos docet, multas hodiè reperiri mixtiones adeò venenatas, & pestiferas, vt si in iis acies sagittæ temperetur, qua vulnus fiat, & sanguis profluat, quamuis sagitta non adhæresca, sed velocissimè transmittatur: tamen venenum adeò subtile esse & pestiferum, vt sensim à minoribus venis ad maiores serpens, atque inde ad præcordia progrediens, confestim vulneratum interimat. Quæ ideò commemoranda putaui, partim quia sæpius ea mihi animaduertere licuit (vt alios præstantes in re medica viros, & fide dignos præteream) partim vt mirificos & propè prodigiosos effectus patefaciam, qui hodiè in his casibus vsuueniunt, neque iccircò impossibiles existimandi sunt, quòd à quibusdam fortassis ignorentur: quemadmodum copiosiùs in eo

libello docere instituí, quem de Antidotis meditor, ac spero me proped èm in lucem editurum, vt verum & aptum alexipharmacum aduersus illud venenum aperiam. Quare dubium nemini esse debet, quin plagæ propter plumbearum aut quarumuis aliarum glandium venenum, venenatæ esse possint: quantumuis reclament nonnulli, quibus neque cum magnis & exercitatis viris versari contigit, neque varios & mirabiles naturæ effectus animaduertere, quos antiquitati incognitos fuisse certum est. Verùm vt ex hoc diuerticulo in viam redeamus, concludimus globulos infici veneno posse, non infundendo venenum in foramen aliquod data opera factum, quemadmodum nonnullis placere video: sed immergendis globulis atque aliquoties extinguendis in illis aquis mercurialibus & succis lethiferis: à quibus illorum substantia alterari & corrumpi potest, inficere quæ aq; imbuere maligna illorum qualitate plagas (tanta illorum subtilitas est) quantumuis velociter ipsi globuli transmittantur. Quod velex iis liquet, qui hanc in bestiis experientiam animaduerterunt: quâ rationibus aliquot confirmare instituimus in eo libro de antidotis, cuius paulò supra mentionem fecimus. Verùtamen vt concedamus globulum velociter per corpus permeantem tàm celeriter venenum

hùm ſuum imprimere non poſſe: at certè tamen frequenter vſuuenit, vt in plaga ſatis diu globulus lateat, neque deprehendi à Chirurgo poſſit. Venenum autem quod in illo globulo latet (qua de re dubitaturum neminem arbitramur) annon interea ſatis habet temporis ad partes læſas inficiendas? Nam quò magis ex ſpirituali & ſubtili ſubſtantia compoſitum eſt (quemadmodum ſuperiùs demonſtrauimus) eò celeriores ſunt ac ſubtiliores ipſius effectus: vaporeque ſuo maligno, per venas, arterias & neruos infuſo, ſpiritus naturales vitales & animales inficit: quos contrarietate & pugnantia quadam ſuffocat, per eoſdem ſe permiſcens: vnde vita hominis extinguitur, quæ in viua & idonea ipſorum actione conſiſtit. Hæc eadem venena quò magis ſubtilia & communicabilia ſunt, eò perniciofiora eſſe ſolent, quemadmodum ex viperarum aliarumque venenatarum belluarum morſu licet animaduertere. Quòd ſi quis pertinaciùs contendat (vt quoſdam feciſſe video) venenum globulo perfuſum vi ignis extingui atque interire: ego contrà illud, quo nonnunquàm vtuntur, argumentum aduerſos illos retorquebo. Dicũt ergò huiuſmodi plagas nulla ex parte vſtulatas eſſe, propterea quòd globulus contra durum corpus illiſus non adeò

incalescit, quin continuò manibus contrectari possit. At ego ignem illum nequaquam tãtum aut tàm idoneum esse comperio, vt venenum quo globuli substantia perfusa erat, extinguere valeat, præsertim quùm venenum illud ita per omnes globuli partes permixtum sit vt, vt omnem illius substantiam maligna qualitate sua peruerterit atque corruperit.

Aristotelis falsa opinio.

Neque me mouet, quod Aristoteles libr. de Cælo cap 7. scribit, tela ita igne fieri aëris pulsu, vt plumbum etiam colliquescat, quùm res ipsa & experientia quotidiana id esse falsum demonstret: & præsertim in glandibus sclopetariis, quę etiam igne adhibito emittuntur, & multò rapidiùs, quàm vllę sagittę feruntur. Præterea vt hoc Aristoteli concedamus, veterum tamen auctorum testimonia (quæ superiùs protulimus) perspicuè ostendunt venenum non extingui: tantùm abest, vt minore multò ignitione idipsum extinguatur. Itaque non tantùm incalescere dicam, verumetiam hoc ampliùs adiungam, etiamsi globulus ipse colliquaretur, vix tamen substantiam illam quantumuis subtilem extinctum iri: siquidem adeò cum corpore metallico permixta & perfusa est, vt ipsum etiã magna est parte alterauerit. Similiter non primis fusionib. euanescit arsenicum, aut spiritus calaminę aut tuthiæ, si cum inalbato vel flauefacto cupro permi-

permisceantur: quamuis in eorum numerum à nobis nõ referãtur, quæ extrinsecùs ac procul à præcordiis lethifera sunt (de quibus superiùs mentio à nobis facta est) propter illorum substantiam & occultam proprietatem: quemadmodum effectus satis dilucidè & euidenter ostendunt. Speramus igitur satis perspicuè demonstratum esse globulos eo veneneno infici posse, quod momento temporis transmissum vim suam exerat, præsertim si in corpore permaneat: quemadmodum crebrò accidere videmus, venenumque illud tàm exiguo igne, vt vix illud calefaciat, tolli extinguique non posse. Ex quibus ita disputatis concludi potest, plagas sclopetarias posse cum veneno complicatas esse, non propter puluerem, quem veneni expertem esse demonstrauimus: sed propter globulum veneno delibutum, vt frequentissimè accidere videmus. Quam ad rem bonum & prudentẽ Medicum attentum esse oportet: neq; temerè pertinacem esse: nam vt quotidie istud nõ accidat interdum tamen fieri posse constat, neq; id tàm facilè fortasse in prælio aliquo iusto, in quo vel per ignorantiã, vel per veneni parati inopiam id prætermittitur, quàm in vrbium propugnatione, aut ex meditato consilio, quùm quis malè animatus ex insidiis aliquem adoritur: quibus incõmodis hoc infœliciss imo sæculo

Principes ac Proceres magis obnoxij sunt, quàm milites gregarij. Neque verò hoc loco commemorabimus indicia ex quibus cognosci potest, an plagæ veneno complicatæ sint, quoniã huic argumento posteriùs nobis constitutus est locus sub capite de vera & methodica illarum curatione. Postulat enim hic locus, vt de varietate quæ in istiusmodi plagis reperitur, disseramus, nimirum de combustione, quæ vel illis iuncta est, vel ab iis aliena. Atque vt meam hac de re sententiam aperiam, non possum equidem (multorum doctissimorum hominum auctoritatẽ secutus) non eorum opinionem improbare, qui scripserunt huiusmodi plagas cum vredine iunctas esse propter globulum, quem putant propter rapidum motum & aërem inflammatum, per quem citus veloxque fertur, adeò incalescere, vt cauterij vim habeat: quod etiam colligere conantur ex effectis quæ inde consequuntur, hoc est, ex atrore, eschara, magnis inflammationibus, aliisque symptomatis eiusmodi, quibus aptas vredines esse constat. De hoc verò nolo pluribus contendere, præsertim quùm globuli essentia considerata (qui plerumque ex plumbo conficitur ac proinde vix ægreque ignitionem sine fusione ferre potest) eorum error nullo negotio conuincatur: repudiatusque iam ante sit, ac refutatus multis

De combustione cum hisce vulneribus complicata.

tis & eruditis rationibus Laurentij Iouberti medici præstantissimi, & in Gallia nostra florentissimi: quem prudentia & iudicio suo vtentem, spero mihi quoque non negaturum, plagas istas vredini iunctas esse posse, non propter globulum quem quis è fistula ferrea eminùs ac longinquo ex loco, sed quem è bombardula cominus eiaculatus aliquis fuerit, vt hodiè frequentissimè accidere videmus, tàm ex propinquo illata plaga, vt etiam vulneratorum vestis aut barba incendatur: idque propter vim sulphuris pulueris inflammati, qui ardens atque ignitus è bombardulæ fistula foràs fertur. Quòd si quis dicat ignem illum non admodum procul ferri, ex contrario respondebo, tàm propinquo ex loco emitti posse, veluti si quis corpus ipsum attingeret, vt sentiri prius possit, quàm euanuerit. Rursus si quis argutior quærat, an arma aut vestes prohibere non possint, quominùs ignis ille suam impressionem in parte læsa efficere valeat. Quantùm ad arma, mihi non dubium est, quin impetum illius retundant, multò magis quàm thorax ex bubali corio, aliàve vestium genera, quæ ictu etiam cum interula inflammantur, vt sæpenumerò ipsi vidimus: Neque verò tùm dubitandum est, quin aër inflammatus sequens impellensque globulum à quo ictus infertur,

imprimi possit etiam in parte oblæsa. Verùm quid tùm dicent, quùm ex bombardula cominus corpori intenta, ictus in apertum ac nudatum hominis membrum impactus est? Num omnes miltes chirothecis, aut cassidibus vtuntur? annon admoueri solet interdum bombardula gutturi, aut manui, autori aperto ac nudato? Qui solent in acie & præliis versari, multò hæc dere certius mihi testimonij reddere poterunt, quàm ij qui in vmbraculis & extra teli iactum (vt dici solet) disputant. Certè vbi id accidit, & in partem nudam vulnus cominùs impositum fuit, negari non potest, quin istiusmodi plagæ possint adustione & vredine complicari. Quod quùm ita sit, magno errore ducuntur, qui eas putant semper vredinis expertes esse, existimantes ignem à solo globulo ferri, regulasque nimium generales statuunt, quæ tamen non paucas exceptiones patiuntur, quemadmodum ex iis intelligi potest, quæ de veneno, quod hisce plagis coniunctum esse potest, & vredine superiùs explicauimus. Hæc igitur habui quæ dicerem de istiusmodi plagarum essentia, variisque affectionibus quæ illas comitari possunt: quales, vt plurimùm, esse solent solutio continui, cum contusione & dilaceratione, à quibus duæ tantùm indicationes curandi demonstrantur: nimirũ cõsoli-

solidatio partim disiunctarum, & substitutio earum quæ dilaceratæ sunt: quæ si cum vredine coniunctæ sint (quemadmodum fieri posse docuimus) ad tertiam indicationem aut intentionem (vt dicunt) confugiendum erit, hoc est, ad ignem restinguendum, & empyreuma extrahendum. Postremo etiam ad quartam, nimirum ad salutare aliquod alexipharmacum, quoties aliquid subesse veneni existimabitur: occurrendo præcipuè periculosioribus incommodis, atque inuestigando tot varias indicationes curantes, conseruantes, & præseruantes, quot varij morbi cum variis caussis & symptomatibus complicati proponuntur.

De harum plagarum differentiis, signis & variis indiciis. CAP. II.

QVI attentiùs naturam earum partium considerant, in quibus huius generis plagę fiunt, earumdemque substantiam, vtilem actionem, positionē, sensum & figurā; item qualis essentia sit diuisionis, aut solutionis continui, qualesq; propriæ ipsius differētiæ sint, & ratione & experiētia cognoscēt, quales quātæq; indicationes ad verā earum curationem exquirā-

tur: comparabuntque (vt inter se respondeant) indicationes illas cum variis affectibus & morbis præsentibus: prouidebunque ne qui nondum orti sunt, enascantur: quemadmodum Galen. lib. Metho. 4. & 7. docuit. Ad hanc rem magnoperè conducet propriarum differentiarum cognitio, & consideratio, magnæ an paruæ sint, profundę an planę: quæ differentiæ à globulis ex variis metallicis materiis & figuris (tanquam à caussa procatarctica) oriuntur. Nam illorum alij sunt longi, plani, magni, minores, tenuissimi, qui variis modis humanum corpus oblædunt: alij vniuersum corpus, alij partem duntaxat tollunt: alij per centrum permeant, carnem & neruosas partes dilacerando, aut ossa confringendo, aut carnem tantùm pertundendo, neque perforando, pro variis ac dissimilibus, globulorum ictibus, & prout eminùs aut cominùs emissi sunt: prout præterea corpus ictum est, quùm vel nudum est, vel tectũ, & tectum fortasse lorica firma, & (vt nunc loquimur) sic temperata vt transfigi non possit, neque corpus vllo modo vulneratum sit: aut si corpus ictum est, plaga non ita magna & profunda est, & periculosa, quùm lorica duritie & firmitate sua violentiæ ictus obsistat: præsertim si non maiore machina, sed exigua tantùm fistula ferrea globulus emissus

sus fuerit. Porrò non dubitandum est, huiusmodi omnes differentias ad vnum genus referendas esse, hoc est, ad solutionem continui, quæ interdum apparet, interdum occulta est. Manifesta est, quæ sensu aspectus & tactus percipitur, si euidens plaga appareat cum lurido carnis colore, vt eschara esse videatur, eique coniunctus est dolor grauis, quùm præsertim neruosæ partes læduntur: quod nobis significare poterit (præter vulnerati testimonium, cuius ad has res momẽtum permagnum est) vulnus ictu bombardulæ factum esse. Occulta autem sine manifesta cutis incisura est quæ Græcis ἐκχύμωσις dicitur, ac ex sanguine subter carnem & cutim effuso percipitur, partemque læsam lurido & violaceo colore afficit. Hæc sunt frequentissima eiusmodi vulnerum signa, vbi tantùm habenda est ratio simplicis diuisionis iunctæ cum cõtusione. Sed quoniam superiori capite docuimus illa vulnera posse interdum cum veneno & adustione cõplicata esse, cõtrà quàm nonnulli arbitrabantur: commodissimum erit Medicum operam studiumq; adhibere in singulis illis affectionibus, per sua propria & peculiaria signa discernendis: quæ affectiones possunt esse (vt suprà dictũ est) cum illis vulneribus complicatæ, vt suum cuiq; propriũ remediũ exquiratur: ac diligẽter animaduertere

quænam affectio periculosior sit: quæ (vt Galenus docet) non tantùm prima, sed etiam sola curanda est: quandoquidē interdum cogimur propter illius rationem non modò alias affectiones relinquere, verumetiam nouas efficere, vt ei quæ periculosior est succurramus. Atque hæc nimirum causa est, cur horum vulnerum cognitio, quę cum veneno intromisso ratione globuli complicata sunt (vt sup. cap. docuimus) prorsus necessaria sit: ne interitus inopinatus, qui fortasse inde cōtingeret, imputetur corruptioni aëris, & aliis primis qualitatibus: quùm plerumque culpa in Medicorum imperitia aut pertinacia posita sit: si quis sibi contra veritatem persuadeat hæc vulnera nunquàm venenata esse, atque hac de causa veram medendi rationem aspernetur. Huius rei causam tribuent fortasse nōnulli plethoræ aut cacochymiæ, quam certè ingenuè agnosco, & secundùm Galenum fateor, potissimam esse causam ineommodorum, atque etiam exitij vulneribus omnibus inferendi. Sed etiam si signa ex quibus venenum arguitur, commune aliquid habeant cum illis, quæ ex bombardularum ictibus accidunt, vbi sola contusio complicata est: discerni tamen atque internosci poterunt, prout magis aut minùs vrgent, prout etiam magna sunt symptomata, & accidentia quædam extraor-

traordinaria, quę sæpenumerò interueniunt. Itaque si caro liuidior est, quàm vulgarium plagarum, quæ à sclopetariis inferuntur, & tanquam emortua, cum totius partis decoloratione, doloribsque extraordinarii atque intolerandis: itemque cum inflammationibus & doloribus pungentibus, præsertim in plagarum ambitu, cumque grauedine & torpore totius corporis, plerumque non sine febribus ardentibus, & syncope, & alienatione mentis, hæc omnia venenatam quandam qualitatem indicabunt cum illa plaga coniunctum esse: præsertim quùm Medicis exploratum est, nullam esse manifestam caussam propter quàm tàm grauia symptomata interueniant: quemadmodum interdum vidi vsuuenire simplicibus quibusdam vulneribus, etiam sine vlla partium neruosarum dilaceratione, factis. Sed totius huiusce rei certiora signa esse poterunt, si qua indicia extrinsecùs appareant, quæ ex ægroti sermone cognosci poterunt, aut familiarium & domesticorum testimoniis: adhibitis etiam coniecturis ex loco, ex personis, & modo, quo imposita plaga fuerit. Porrò inter signa certissima globuli consideratio principatum tenet, si fortè reperiri possit. Nam incisus atque in duas partes dissectus, apparet obscurus, violaceo & purpureo colore permixtus, alio de-

Signa complicati veneni.

nique quàm quo reliqui globuli esse solent: partes verò post incisuram rutilum quendam colorem habent. Tùm enim certò affirmari poterit, globulum veneno aliquo imbutum ac perfusum fuisse: quo etiam ipsius globuli substantia affecta, ac immutata fuerit: quod potissimùm cognoscere licet ex colore interiore, qui admodum alteratus est, obscuratus & liuidus, sicuti suprà dictum est. Licebit etiam id cognoscere per ignem explorato globulo, qui non temerè dictus est aptissimus ad venenorum omnium purgationem. Nam quùm vera quæ dicuntur venena, sint substantiæ prorsus spiritualis, & aereæ, facilè vi ignis in auras euanescunt, non tamen moderato aliquo calore (qualis in pulso globulo sentitur, vt Ambrosius Paræus existimauit, qui potiùs temporis progressu ea fixaret & retineret, ne volatilia essent, & per consequens ne nocerent) sed per calorem violentum, qualis est calor sublimationis. Sic illo calore exaltatur & euanescit Mercurius, itemque Arsenicum, Auripigmentum, aliique consimiles spiritus: eademque de caussa purgari non possent, nisi in collo vasorum sublimatoriorũ frigido comprimerentur. Itaq; si suspectus globulus fundatur, ac super igne vehementi satis diu retineatur, fumusque ex illo exhalet ater, fœti-

dus, & metallum globuli circumfundens (à quo magnopere cauendum est) metallumque post fusionem non modò purgatum non sit, sed etiam attum, liuidum, & obscurum appareat: (quod propter venenatum vaporem, qui metallum circũfundit, solet accidere) signum erit certissimum veneni cum globulo permixti, quod cum plaga complicatum esse potest, quemadmodum suprà disputauimus: idque prout diu, aut breui tempore in ipsa plaga permansit. Hęc sunt signa, quibus venenũ indicari solet: quod eò periculosius esse iudicabimus, quo vires hominis magis prostratas videbimus. Præterea vesicatio, excoriatio, dolor mordens, & siccitas cutis contractę atq; induratæ, significãt aduſtionem propter puluerem inflammatum cõplicatam. *Signa complicatæ aduſtionis.* Quæ faciliùs & certiùs intelligi poterunt ex vulnerati sermone, qui plerumque indicare poterit, vtrum eminùs an cominùs percussus fuerit: cui rei testimonio etiam vestes aduſtæ esse poterunt: eaque omnia diligenter Medicus animaduertet, vtpote vrgentiora, quæ malum efficere grauius possunt, atque idoneam curationem prohibere: propter copiã defluxionum, aliaq; grauissima symptomata, quę plerumq; accidunt: nisi maturè salutaribus remediis prouideatur: quemadmodum Gale. 4. Method. c. 5. præcipit, docens curationem viceris (quod

cum altera quadam affectione coniunctum est, cuius curatio debeat antecedere) non esse tanquam solius vlceris: sed priùs illam affectionem curandam esse, ac tùm demùm ad vlceris curationem deueniendum.

De Iudicio.

Meth. 4. cap. 6.

PORrò his de rebus eò certius statui iudicium poterit, quò diligentiùs Galeni sententia in ipsius Methodo inculcata considerabitur: morbos videlicet tribus de caussis graues esse. Primùm, propter partis affectæ præstantiam, deinde, propter mali magnitudinem & vehementiam, postremò propter ipsius malignitatem. Itaque si præcordia, si cerebrum, in potissima sui partis substantia vulneratum sit, mortiferas esse plagas iudicabimus: sic pulmones, diaphragma, ventriculus, lien, renes si lædantur (nam hæ quoque sunt ratione officij principales partes) vt plurimùm sunt lethales: eodemque in numero sunt vulnera in intestinis accepta, præsertim si in gracilioribus & minimè carnosis facta sint: itemque in vesica, quia quùm sint partes membranosæ, agglutinari non possunt: eademq; de caussa vulnera, quibus caput trâsfixum est, aut stomachus, aut ventriculus, periculosa esse concluditur. Vulnera quò maiora sunt & profundiora cum dilaceratione

ne

ne neruorum & ossium fractura, eò periculosiora sunt: ac præsertim ea quæ accepta sunt in capite cum fractura cranij: itemque quæ iuncturis propinqua sunt, propter magna & varia symptomata, quæ inde consequi solent. Vulnera in quibus malignitas, ac præsertim venenum complicatum est, periculosissima esse solent, quamuis in specie exigua sint: quoniam propter contrariam illius veneni substantiam, & qualitatum excessum, non solùm temperamentum, verumetiam propria facultatum corporis substantia planè peruertitur, atque immutatur: præsertim quùm vulnus factum est cum apertura cutis, quæ suà densitate prohibere non potest (quod alioqui faceret, ac tùm præsertim quùm venenum esset crassioris substantiæ) quin ipsius contagio inficiat spiritus, sanguinem & humores, & per consequens communicetur cum partibus nobilioribus, vnde mors vt plurimùm consequitur. Cæterùm hæc omnia vulnera eò periculosiora iudicabuntur, quò certiùs deprehendentur esse complicata cum variis & magnis affectionibus, & symptomatis, & corpora erunt cacochyma: idque tùm præcipuè quùm in exercitu grassabuntur (vt sæpenumerò euenit) morbi Endemij ex aëre promanantes, qui etsi substantiæ sit simplicis, neque putrefactioni fortasse obnoxius, repentè

tamen magnam qualitatibus commutationem affert: quùm illis sordibus & fœtoribus infectus est qui in magno exercitu esse solent in ea parte, vbi impedimenta sunt, & cadauera iumentorum, interdum etiam hominum insepultorum: vnde fœditates, tetríque odores nascuntur, quibus plerumque milites inficiuntur. Præterea crebræ commutationes & inæqualitates, quæ ex temporis iniuria nascuntur, maximum huiusmodi vulneribus incommodum afferunt, ac vulneratos in periculum adducunt: ac præsertim quùm hyems sicca crebris aquilonibus antecessit, ver autem subsecutum est australe & pluuiosum, vnde quamplurimi superflui humores enascuntur, qui varietate illa commoti & conturbati facilè corrumpuntur: vnde ardentes ac pestilentes febres consequentur, quùm aër corruptus sese per illas permiscuerit: itemque inflammationes gangrænæ, & mortificationes, atque ad extremum interitus, quemadmodum Hippocrates in lib. Epidem. testatur in tertio Aphorismo. Neque verò prætereunda est perdita & dissoluta vitæ ratio in plerisque non modò militibus gregariis, verumetiam doctoribus, præfectis, legatis, ac tribunis: qui plerumque iis vesci cibis coguntur, qui fortè reperti sunt, siue frigidi, siue calidi, siue cocti, siue crudi, siue boni, siue mali, per-

sæpe

sæpe magna leguminum copia, & fructuum ac baccarum: plerumque etiam vti coguntur aquis corruptis, aut vappa, & vino mucido, aut recens infuso, idque intempestiuè, nulla expectata coctione, contrà multorum consuetudinem ac naturam, quæ propter illa incommoda corrumpitur. Ex huiuscemodi peruersa & depravata vitæ ratione nasci solent in exercitu morbi pandemij, vulneribus infestissimi, propterea quòd illorum ratione sanguis corrumpitur, humoresque viciantur: vnde vulnerum malignitas augetur, variaque symptomata contingunt. Ex contrario iudicanda erunt vulnera eò minùs periculosa, magisque sanabilia, quò minora erunt illa incommoda, & quò longiùs aberunt à præcordiis, reliquisque nobilioribus partibus, ac sine dilaceratione neruorum, aut ossium, & malignitatis erunt expertia. Etsi autem Medicus iudicauerit vulnus planè mortiferum, non tamen continuò æger pro perdito ac desperato habendus ac deserendus est: verùm ex contrario salutaribus remediis ei succurrendum est: quippe quùm natura, præsertim arte adiuta, miracula interdùm edat, quibus ex euentis Empirici laudem sibi & gloriam captant, magna cum medicinæ infamia & dedecore. Itaque ferti illo naturæ bono interdum eorum curationem suscipiùt, qui propè

iam sepulti videbantur, & à Medicis erant deplorati: vnde ad Medicos dedecus, ad illos summus honos peruenit: quemadmodum biennio antè vsuueniſſe audio nobili cuidam Prouinciali, Vinſſio, qui quùm in exercitu regio contrà Rupellam eſſet, & globulo plumbeo transfixus, à Medicis deſertus, exiſtimantibus iecinoris ſubſtantiam eo ictu leſam eſſe, tamen à nobilibus quibuſdam ipſius amicis curatus eſt, adhibitis medicamentis ſatis familiaribus. Quod egregium documentum eſſe poteſt mirificorum naturæ effectuum, quæ perſæpè doctiſſimorum quorumq; Medicorum iudicium fallit: quos tamen nunquàm oportet ſalutaribus & extremis remediis aduerſus extremos & peſtiferos morbos deſtitutos eſſe: quemadmodum Cor. Celſus præcipit, ſatius eſſe remedium aliquod adhibere, quàm nullam omninò medendi rationem tentare: præſertim in morbis penitùs deſperatis.

De ſuperiorum vulnerum curatione.

CAP. III.

SVperiorum vulnerum curatio ſumitur ex duabus generalibus intentionibus, & vnà particulari, nimirum ex diæta & victus ratione, ex eua-

euacuatione humorum: postremò ex Chirurgia. Atque vt ordinem ac methodum aliquam certam ac facilem instituamus, primo loco de diæta & victus ratione disseremus, quæ vulneratis præscribenda est. Illam enim constat esse vtilissimam, & ad eorum incommoda curanda opportunissimam.

De victus ratione.

Ea victus ratio, quæ vulneratis præscribenda est, sicut ea quæ aliâs morbis affectis præstitui solet, secundùm idoneam administrationem sex rerum non naturalium completur. Particularis autem consideratio accepti incommodi magnum habet momentum: veluti temporis, aut virium, & naturæ, & constitutionis ægroti, consuetudinisq; ipsius, tùm in potu, tùm in cibo: quemadmodum copiosè demonstrat Hippocrat. in lib. De ratione vict. in morb. acut. Nam satis constat aliam à chronicis & diuturnis morbis, aliam ab acutis victus rationem exigi: eamque pro ratione initij, accretionis, status, aut declinationis morbi mutandam esse. Nemini etiam dubium esse debet, & regionum, & temporum rationem (quorum alia sunt frigida, alia calida, itemque alia pluuiosa & humida, alia sicca,) mutationem aliquam in victus ratione exigere. Neminem quoque negaturum arbitror, quin natura & constitutio ægroti consideranda sit: quùm inter omnes constet,

corpora impura, quò magis aluntur, eò magis lædi. Considerandæ præterea à vires ægroti, secundùm quas non modò victus rationem, verumetiam aliorum omnium medicamentorum administrationem accommodamus. Quantùm ad consuetudinem, fatentur omnes magnam eius rationem habendam esse: præsertim quùm repentinæ omnes mutationes, eò periculosiores sint, quò magis contrà consuetudinem & constitutionem ægrotorum eueniunt, quemadmodum Hippocr. in lib. de vict. rat. in morb. acut. docet, & ratio ipsa demonstrat. Nam si quis velit nulla rerum illarum habita ratione generaliter omnibus qui sclopetariis vulneribus affecti sunt, strictam victus rationem præscribere, quemadmodum vulgò fieri videmus: neque rationem habere vitæ quotidianæ, quùm nonnulli ter quaterve quotidie, atque adeò quibusuis horis cibum capiant, nonnulli vini potu ne in morbis quidem sine summo vitæ discrimine carere possint, certè si strictam & austeram victus rationem præscribamus, continuò illud eueniet, quod Hippocrates suprà dicto loco concludit, vbi de iis scribens qui ter aut quater in die cibum capiunt, ait, si prandio abstineant, debiles fore: ex contrario verò, eos qui tenui victu contenti esse solent, si largiùs ederint, aut biberint, aut aliis horis

quàm

quàm quibus consueuerunt, infirmos ac debiles futuros. Itaque, secundum illius summi viri auctoritatem, danda erit opera, vt ex vsitata & consueta victus ratione, qua sanus vtebatur, eam, qua ægroto vtendum est, æstimemus. Nam illud tenendum est, Naturam rebus vsitatis, consuetis & familiaribus delectari: easque certiores, salubriores & conducibiliores esse, (quamuis aliquantisper studio & intentioni nostræ aduersentur) quàm quæ nouę & præter consuetudinem excogitantur, ad ægroti quidem salutem, sed cum subita & magna mutatione, naturæ maximè aduersaria. Atque hæc nimirum caussa est cur doctissimi quique Germani Medici vsitatam illam, & quotidianam viuendi consuetudinem retinendam putent, vsumque vini vulneratis suis permittant, qui alioqui actum iam de se existimarent, propterea quòd aquæ vsus illis est pernicioßissimus: quemadmodum vidi vsuuenire non modò in Gallia, verumetiam (idque felicius) in Germania, vbi vinum, vt plurimùm, est ἐλαφρόφορον, & tenuius multò quàm in Gallia. Quę tamen non eò dico, quasi nolim ægrotis aliam victus rationem præscribere, quàm eam qua vti, quùm sani essent, solebant: neque tàm imperitus sum, vt id credam: verùm vt Chirurgos admoneam, ne tàm austeram illis vitæ rationem præscribant,

quam vulgò solent. Sed vt in qualitate & quantitate ciborum modum adhibeant, prout morbi ratio postulare videbitur. Nam in morbi statu, dum propter imflammationes & acerbitates dolor vrget, minuenda est ciborum copia, & continentia in victu adhibenda, quemadmodum Hippocr. docet libr. De rat. vict. in in morb. acut. Aphor. 10. Quinetiam, prout anni ratio fert, viuendi modum præscribi oportet, quùm aliorum ventres calidiores sunt, aliorum frigidiores: facilioresque nonnullorum concoctiones, prout vulneratorum constitutio patitur. Nam pituitosis & phlegmaticis permittentur quędam, quę sanguineis & bilioſis interdicentur, sicuti Galenus docet. Ratio etiam habenda est ætatis, virium & consuetudinis, quemadmodum suprà demonstratum est: præbendaq́ue sunt cibaria iam inde ab initio non ita parcè ac tenuiter, sed paulatim imminuenda vsque ad finem status morbi: ita tamen vt ægri valetudo præscriptum illud ferre possit: quod præscriptum necessariò & accuratè obseruãdum est. His rebus omnibus consideratis accedendum erit ad legitimam administrationem rerum non naturalium, vt instituto nostro satisfaciamus.

De Aëre. Aërem igitur deligi oportet siccum, & temperatum: talem enim omnis continui solutio

tio postulat, quæ per exsiccationem consolidanda est. Quòd si quis fortè obiiciat, non esse in nostra potestate aërem exsiccatum ægrotis præbere, præsertim quùm nihil in rerum natura humidius sit, quemadmodum Arist. docet Meteor. 2. atque adeò aquam humiditate superet, quæ tamen in specie humidior apparet, quippe quæ propter crassitudinem suam immersas res madefaciat: quod aër propter partium suarum tenuitatem præstare non potest: facilis & expedita responsio hæc erit: aërem tamen corrigi atque eligi talem posse, vt ad institutum consiliumque nostrum multò accommodatior esse possit. Nam satis constat, locorum & domiciliorum alia aliis calidiora esse, aut frigidiora, aut sicciora, aut humidiora. Illa enim quæ ad Septentrionem vergunt, frigida sunt: quæ ad Austrum, calidiora: prout Sol iis remotior aut propinquior est. Quinetiam regiorum situs considerandi sunt: nam aliæ sunt montosæ, aliæ palustres, nonnullæ lacubus, stagnis & fluminibus propinquæ: quarum rerũ omnium varietate, qualitas ipsius aëris mutatur ac peruertitur. Quis ignorat Asiaticos homines alterius esse naturæ, quàm qui Europam incolunt? quod Hippocrates (in lib. de aere, locis, & aquis) varietati mutationique temporum attribuit, quæ regionum naturã asperio-

rem durioremque efficiunt. Eaque ipsa causa est, quamobrem homines montani aut qui proximè flumina aut mare incolunt, alterius naturæ & constitutionis sunt, quàm qui vrbes aut campos ab aquis remotiores incolunt. Iam verò quid dicemus de situ & positione vrbis Ferrariæ aut Florentiæ: quarum in illa vulnus omne in capite acceptum, pestiferum est: in hac, tibiis impositа vulnera immedicabilia sunt. Eadem de caussa Hippocrat. his de rebus tractans, scribit austrum qualitates suas immutare pro ratione regionum per quas fertur, atque vt aliæ aliis frigidiores, aut calidiores sunt. Scribit enim illum primùm ex frigidis & glacialibus regionibus oriri, vnde venti nascuntur, quemadmodum Aristotel. Meteor. 2. demonstrat, eiusdemque esse naturæ cuius sunt septentionales, vnde Boreas gelidus exoritur: vt, qui regiones illas incolunt, sentiunt: posteà per Solis vias, perque Meridiem delatus, adeò exardescit, vt propter Solis calorem frigus suum amittat, plantasque exurat, & Libiæ incolas æstu siccos, aridosque efficiat. Inde per mare delatus, eiusque humorem eliciens, magnam illam quàm contraxerat, siccitatem amittit, humidusque efficitur, qualis in cuncta Italia sentitur, & in ea Galliæ nostræ parte quæ Occitania nominatur. Hæc autem vera ratio est, cur

eum

cum his plagis adeò infestum arbitremur: propterea quòd nimirum ista humiditas calori coniuncta magnam putredinis & corruptionis copiam affert: quemadmodum suprà demonstratum est. Idem de Borea dici potest, qui certis in regionibus multò salubrior est, & putredini resistit: in aliis pestilentior est: adeo vt pestes aliique morbi ex putrefactione nati, flante Borea increbrescant. Cuius rei caussa tùm regionum varietati (vt diximus) attribuenda est, tùm etiam oppidorum positioni: velut in locis aquosis aut palustribus, quorum vitio propria ventorum qualitas immutari atque alterari potest: corpora etiam eadem ratione humidiora pluribusque superfluitatibus imbuta reddi possunt. His consideratis, simulque anni temporibus animaduersis (quæ quùm varia & dissimilia sunt, propter tàm multas diuersasque mutationes, quæ quotidie eueniunt, vt Hippocrates docuit in libr. de aëre, locis, & aquis, qualitatem aëris immutant) idoneus aër & ad institutum nostrum accommodatus quoad eius fieri poterit, deligendus erit, vbi vulneratus moretur. Sed quoniam vix ac ne vix quidem potest id commodè fieri, quòd plerumque vulnerati, doloris acerbitate oppressi migrationem, & succussum ferre non possunt, ac sæpe iis ipsis in locis manere, in quib. vulnerati sunt, aut in

proximas se vrbes conferre coguntur: verum tamen locus ille vbi diu exercitus resedit potissimùm vitandus erit, quòd aër ille à contagione suspectus sit: vitanda etiam erunt loca palustria & aquosa, ex quibus vapores crassi exhalant. Ex contrario ea deligenda erunt loca, ab aquis & paludibus remota, quorum aër purus, limpidus, ac serenus sit. Videndum etiam vt conclauia versus Septentriones potiùs quàm Meridiem aperta sint. Quòd si frigidior aër videatur, frigiditatem illam igne temperari oportebit, qui in foco conclauis excitandus est, ac nonnunquam odoratis rebus corrigi, veluti mastiche, rosis, baccis iuniperi, aliisque generis eiusdem. Æstate verò irrorationibus vtendum erit, veluti oxycrato, conspergendumque conclaue iunco, herbisque aliis viridibus, foliisque vitium & salicum. Atque hac ratione aër ad vulneratorum salubritatem accommodari poterit, corrigique, prout læsæ & affectæ partes postulare videbuntur. Nam plagæ in capite aut commissuris acceptæ frigidum aërem multò magis propter mordicationem formidant, quàm aliis locis impositæ.

De cibo & potu. Quantùm ad cibum, certum est eum præbendum & accommodandum esse, prout mali ratio (quemadmodũ Hippocrates docuit) itemque vulnerati constitutio ferre potest, ne quid

quid subitò innouetur: nam subitæ mutationes (vt anteà demonstratum est) periculosæ esse solent. Cibos porrò boni succi esse oportet, neque pleniùs & copiosiùs alere, ac præsertim vsque ad exitum status morbi: quo tempore parciore vtendum est cibo, quàm posteà. Panis sit aptè fermentatus, & commodè coctus. Præbeatur auicularum caro, veluti turdorum, aliarumque consimilium, quibus adhibeatur succus mali aurei, limonum, aut ius ex oxalide expressum ad excitandum appetitum: item ius panaceum, hoc est, ex pane & pullo, elixo priùs cum bugloſſo, oxalide, lactucis, eiusdemque generis herbis: quinetiam hoc pullaceo iure manè vti saucius poterit ad aluum molliendam, pruna quin etiam passa ad hunc vsum aptissima sunt, itemque racemi Damasceni conditi, hordeum mundatum bene coctum, lac amygdalinum, aut ex auena: nam hæc omnia cõuenientissima sunt, ac præsertim initio quùm saucitati cibos omnes, nisi liquidi sint, fastidiant. Post statum morbi, vti licebit perdicibus & pullis, & caponibus tenellis, & ouilla minutatim incisa cum suo succo adhibito etiam citrino. Proderunt denique alij omnes cibi, suaues, delicati & ad concoquendum faciles, & boni succi. Pauperioribus satis esse poterit panaceum ex vitulina & ouilla carne paratum, pruna passa,

racemi passi,& (si facultas ferat) pullus: eiusdemque generis nonnulla quæ ipsius tenuitas feret. Intereà prohibendus erit vsus ciborum crassiorum,& ad concoquendum difficilium, & mali succi, & auium omnium aquatilium, & palustrium: abstinendum à bubula, ac præsertim à suilla & carne salsa, rebusque aliis mordicantibus, itemque aromatibus, quæ nonnulli species appellant. Potus autem illorum erit ex ptisana, aqua Hippocratica, aqua filtrata & cocta etiam ad eorum vsum qui sanguinei & biliosiores erunt: aliis præbebitur (ac præsertim iis qui nunquàm anteà diluta vtebantur vino) rubellum vinum, tenue, & aqua temperatum: idque etiam ab initio, nisi fortè febris aut inflammatio id prohibeat. Quantùm autem ad corporis laborem aut requiem attinet, obseruandum erit illud vsitatum Italorum prouerbium, *La gamba alletto, & la man al petto:* retinendumque Hippocratis præceptum ex libr. de vlceribus quietem sauciatis omnibus maximè conuenire, laborem verò pernicio sum esse: neque stultius quidquam à Medico fieri posset, quàm si corporum exercitium iis præscriberet, quibus otio & quiete tantoperè est opus, ac ne interdum quidem sese præ dolore mouere licet: verumtamen eius exercitij loco, adhiberi poterunt frictiones in

locis

locis sanis, ac præsertim in oppositis: tùm enim reuulsionis vim obtinebunt, humorumque defluxum à locis affectis auertent, humoresque ac superfluitates, quas diuturnior quies generat, exsiccabunt, vt Hippocr. in libr. de diæta tradidit. Quantùm ad somnum attinet, permittendus erit ægroto, quùm id natura expoſcere videbitur. Somnus enim in morbis omnibus ad concoctionem perneceſſarius eſt. Vires enim per ſanguinis fluxum, dolores, aliaque ſymptomata proſtratas reficit. Adhibenda tamen cautio eſt, vt ſi plagæ ſunt interiores & veneno complicatæ, moderatior ſit: ne forte maior humorum copia in partem affectam influat: quandoquidem ſanguis per ſomnum in interiorem ſe partem recipit. Omnes autem animi perturbationes perniciosiſſimæ eſſe ſolent, atque in primis ira, quæ ventriculum ciet, & humores fluidiores, ſubtilioreſque efficit, vnde maior defluxionum copia promanat, aliaque in affectam partem eiuſdem modi accidentia quamplurima. Repletionem autem & exinanitionem propterea tacitus præterij, quia ſeparatim de vtraque illarum mox tractare inſtitui, meamque ſemel ſententiam aperire.

De secunda intentione, hoc est de humoribus euacuandis per phlebotomiam & purgationem.

CAP. IV.

Meth. 4. cap. 6.

NON temerè, neque sine magna & graui causa Galenus in sua Metho. hãc præclaram Hippocratis sententiam commemorat, ac laudat: Medicum » oportere non modò Naturæ imitatorem » esse, verumetiam eorum quæ, quùm sua sponte eueniunt, conferunt: quùm Medici officium sit, Naturæ defectum supplere, eaque accidentia pernicioſissima præuidere, quæ illi accidere possunt, idque per iudicationes ex morbi grauitate conceptas. Harum duo genera reperio, missionem sanguinis, & purgationem: quarum vtraque magnoperè ad sclopetaria vulnera necessaria est, quæ inter grauissimos morbos verisimè tribus illis de causis numerare possumus. Maximè igitur necesse est, sanguinem in hisce vulneribus curandis detrahere, idque statim de principio, vt defluxus humorum in partem affectam prohibeatur, caueaturque ne phlegmone aliquo molestetur: neque mali concoctio exspectanda est, aut tam diù differendum, dum initium & status mali præterierit, quemadmodum Auicenna credidit, cuius opinioni omni aduersatur, atque adeò Hippocratis

cratis auctoritati, qui censet si quid mouendum videatur, id statim de principio tentandum esse. Porrò hæc missio sanguinis facienda est, idque in contrariis siue oppositis partibus: tùm præcipuè quùm veneni suspicio nulla est cum illis vulnerib. complicatis: tùm enim reuulsiuæ curationes interdictæ sunt: quoniam venenum eliciendum est per scarificationes, aut ipsius partis affectæ, aut inferiorum, atque adeò remotarum partium: cauendumque ne longiùs serpat (vt ipsius natura fert) in partes nobiles ac principales, quemadmodum planiùs exponemus, quùm de præcipua horum vulnerum curatione tractabimus. Tempus mittendi sanguinis (nisi vel per sanguinis fluxum vel per aliud quoddam accidens aliter cogamur) matutinum esse oportet: atque ante missionem commodissimum erit clysterem adhibere, ad excrementa ex intestinis educenda. Porrò in illa missione sanguinis obseruanda erit non modò vulneris magnitudo, vetumetiam totius corporis plenitudo: pro cuius modo parcior aut profusior debebit esse missio. Ætatis quoque rationem haberi oportet, & temporis anni, & habitationis, aliarumque rerum quæ periti Medici prudentiæ committendæ sunt, cui videnda quæ Galen. in lib. de missione sang. hac de re tractat.

Depurgatione in his vulneribus instituenda.

Purgationem æquè vt missionem sanguinis, in his vulneribus duabus de caussis esse adhibendam, nempe propter morbi magnitudinem, & vitiosi succi abundantiam, licet colligere ex iis quæ Galen. libr. Method. medendi quarto his scribit verbis: Purgatio non „ in sola cacochyma conuenienter suscipitur, „ sed (sicut missio sanguinis) vel propter ipsius „ abundantiam, vel propter morbi magnitudi- „ nem: ita purgatio & propter abundantia mal- „ terius cuiusdam succi, & propter vim morbi „ adhibetur. Nec unt excusandi qui genusi- „ stud remedij contemnunt, quasi nihil aut parum ad istorum vulnerum curationem pertineret, quùm & ratio & experientia contrarium iis demonstret, qui Hippocratem & Galenũ tanquam duces sequuti, huiusmodi vulnerum curationem methodicè tractauerint.

Hippocr. lib. de Vlcerib.

Purgatio enim (inquit Hippocr.) per aluum pleriſque vlceribus prodest. Præterea vulneribus capitis, item ventris, tùm inferioris, tùm „ superioris, atque etiam articulorum. Addit „ præterea, quæ exeduntur, & quæ serpunt, quæ „ diuturna sunt, etiam quæcunque obliganda „ sunt, per aluum purganda esse. Quod remedium de principio & statim post sanguinis missionem adhibendum est, partim vt reuuctes humores ad partem affectam per oppositam (quàm ἀντίσπασιν Græci dicunt) reducamus:

mus : vtique si in superioribus partibus vulnus illatum per inferiora purgemus : sin autem in inferioribus per vomitum & superiorem vacuemus, partim vt iam defluxionem parti infixam & inhærentem per παρεγχέτευσιν & vicinas partes deriuemus, quemadmodum & Hippocrat. & Galen. docent. Quòd si quis dicat, ex veterum Medicorum sententia, sanis corporibus, & in quibus excrementum nullum redundat, qualia plerumque sunt militum corpora (vix enim alioqui tantos labores perferre possent) purgationem non conuenire, quòd id & molestè ferant, & vertigine afficiantur, & celeriùs exoluantur, quæ accommodata sunt naturæ depellendo : quum purgans medicamentum proprium educere humorem cupiens, ipsumque non reperiens, sanguinem & carnes colliquet, & ex iis quod sanum est & integrum educat : Verumtamen quia nisi euacuentur, in morbos, & grauiora symptomata casuri sunt : nempe in febres, inflammationes, dolores eximios, deliria & cæteiusmodi, quę violenta ista vulnera ferè comitantur, necessaria erit commotorum iam humorum purgatio, vt etiam futuris occurramus : atque vt hoc modo, non solùm affectam partem, sed & vniuersum corpus in bonā firmāmq; constitutionē reducamus. Ergò quùm grauibus & acerbis istis vulneribus purgatio

Vide Oribas. lib. 7. cap. 22

conueniat, magna cum animaduersione, diligentiq́ue consideratione præstanda erit. Habenda enim erit ratio constitutionis vulnerati & consuetudinis, & ætatis eiusdem, itemq́ue temporis & regionis. Ita quoque in reliquis, & humorem exuperantem & affectum locum spectabimus: quæ omnia monebunt, quis humor, & quomodo, & qua parte sit depellendus. Atque inter cætera eligenda erunt & quæ tutò præberi possint purgantia, neque violenta illa quæ Hippocratis & Galeni temporibus in vsu erant, adhibenda esse censeo: propterea quòd facultate calidissima sunt, ac proinde febres excitant, sanguinem commouent, vulnusq́ue ad inflammationem & abscessus disponunt. in quorum numero Elleborus, Colocynthis, & similia, præsertim non præparata, habentur. Porrò commodè vti quis poterit Cassia, Manna, Rhabarbaro, Senna, Polypodio & Agarico, præsertim illorum extractis: quæ tutiùs in istis recentibus vulneribus repurgandis, quemadmodum & reliqua in diuturnis & malignis vlceribus commodiùs præberi poterunt. Cæterùm, quoniam aluus quibusdam ne pharmaco quidem sumpto laxatur, propter variam cuiusque naturæ proprietatem (sunt enim qui difficulter purgantur, sunt qui modica potione sumpta, sunt qui olfacta tantùm co-

copiosè euacuantur (cauendum erit, ne purgationem ægris præbeamus, quin prius ipsorum natura perspecta nobis fuerit, quòd si ob stercus densatum, aque in intestinis exsiccatum euacuatio impediatur, leniente aliquo medicamento per os accepto, vt bolo ex ʒ. j. cassiæ parato, cum saccharo & sem. anisi, prius aluus erit commouenda, vel iniecto clystere subducenda, cuius hæc erit formula:

Clyster emolliens.

℞. maluar. viol. mercur. betæ an. m. j. sem. frigid. ma. anisi an. ʒ. j. hord. florum chamæ mel. borrag. & nymph. an. p. j. fiat decoctio colata ab ℔. j. dissolue cassiæ extractæ cum foliis sennæ, diaprun. simpl. vel trypheræ persicæ an. ʒ. vj. mellis & olei viol. an. ʒ. ij. misce pro enemate.

Sequenti die assumendum erit pharmacum, quod accommodandum erit prout æger pituitæ portione, aut bilis, aut alterius cuiuspiam humoris redundantia grauabitur. Faciliùs enim peragitur & melior est purgatio, qua molestus humor subducitur.

Potio pituitosis conueniens.

℞. radic. ireos, eupatorij, pimpinel. & acori an. ʒ. iij rad. mechoac. polypod. quer. recentis & medull. sem. carthami an. ʒ. s. anisi, passul. glycyrrh. an. ʒ. ij. herbarum veronicæ, betonicæ, scabios. an. m. j. florum cordialium an p. j foliorum sennæ ʒ ij. fiat decoctio. Colaturæ infunde agarici trochiscati ʒ. ij. Ex-

pressioni dissolue syrupi rosarum solutiui ℥.j. fiat potio. Pro robustioribus adde diaphœn. ℥ j s. aut ℥.j.

Potio pro bilioss.

℞. Cichorij cum toto, end. acetos. lactu. portul. veronic an. m. j. passul. ℥.ij. iuiubarũ, prunorum dulcium, an. pr. iiij. sem. melonum, cucutę, citri, portul & anisi an. ℥.j. s. florum cordial. an. p. j. santal. citrini ℥ s. fiat decoctio colata pro dosi, in qua infunde rhabarbari electi ℥ iij. myrob. l. c. trinorum ℥. ij. cinnamomi ϑ. j Express. d ssolue syru. de cichor. cum rhabarb. & ros. sol. an ℥ j. misce, fiat potio. Pro robustioribus adde elect ros. Mes. vel elect. de citro sol. ℥.ij.

Potio melancholicis conueniens.

℞ rad. eupatorij. Mes. siue gratiolæ & tormentillæ an. ℥. s. polypod. asari, tamarindorum an. ℥.iij. sem. anisi & passul. mund. an. ℥.ij. herbarum veron. scabios. borrag. bugloss. fumariæ, ceterach. polytrici an m. s cinnamomi ℥.s. Epithymi, florum violarum & genistæ an. p. j. fiat decoctio. infunde foliorum sennæ ℥ s. Express. dissolue syr. persicorum & de fumar. compos. an. ℥. vj. fiat potio. Pro robustioribus adde confect. hamech, vel diapolypod. ℥.ij.

Quùm autem non vnus tantùm, sed omnes humores redundant, & mixti, ac per vniuersum corpus diffusi sunt, quod plerumque accidere solet, sequens catharticum erit adhi-

adhibendum, præsertim si aliqua veneni suspicio sit.

℞ rad.tormentil.angel.& gentianæ an.ʒ. iij.acori, pimpinell.an. ʒ.ij. polypod. querc. medull.sem.carthami an.ʒ.s.in.ybi latifol.cichorij,veronicę,agrimonię,scolopend.lupul. fumar.an.m.s glycyrr.& vuarum passul.an.ʒ. j.s.prunorum damasc. pr. iiij.sem.end.acetos. citri & portul. an.ʒ j.sem anisi.ʒ.j s. florum cordial.genistæ & tamaricis omnium p.j foliculorum sennæ ʒ.iij. fiat decoctio pro dosi, cui infunde rhabarb.ʒ.ij agarici ϑ. iiij. spicæ nardi,zinzib.an.ϑ.j. Express.dissolue syrupi ros.sol.ʒ j.misce, fiat potio quæ præbeatur, & reiteretur,si opus sit. *Potio omnibus humoribus malignis expurg. conueniens.*

Alia complura parari purgantia medicamenta poterunt, quæ periti Medici prudentiæ committenda erunt: quemadmodum & ipsorum repetitio etiam in morbi statu, si vires ferant, & commodum videatur. Quòd si æger ab horum medicamentorum vsu abhorreat, extractis simplicium purgantium, vt rhab.agar.senn.commodè vtetur. Ex quibus singulis,vel decenter mixtis,omnes etiam humores noxios expurgare poterit: quorum omnium idoneam præparationem & dosim in libr.de med.vegetab. spag. præparatione iam docuimus.

De tertia generali intentione curatiua, qua per Chirurgiam completur, ac primùm de primo apparatu.

CAP. V.



IXIMVS principiò duas in istis scloperariis vulneribus curādis indicationes curatiuas proponendas esse: si in ipsis solam cōtusionem, ac non venenatāqualitatem, aut admistam adustionem considerem̄us: suppurationem videlicet, & nouæ carnis ingenerationem. Quod vt rectè atque ordine fiat, finemque nobis propositum assequamur, nonnullæ nobis erunt, quas subalternas dicunt, indicationes obseruandæ: quarum prima iubet glandem prehendi educique, tùm & minuta loricæ fragmenta: & aculeos, & mucrones infixos, itemque vestium particulas, ossicula aspera, & pungentia, grumos, & cætera extrinsecus incidētia, eaque sine dolore, si fieri possit, reuelli: & quæ forsan in cauum inciderunt, ea digitis, aut tenaculis, aut forcipibus denticulatis, atque instar rostri aduncis extrahi: quorum ferramentorum licet videre varias formas depictas in libro Ambrosij Paræi Chirurgi peritissimi. Glans autem educitur, vel ab ea parte qua ingressa est, constituto sauciati corpore (quemadmo-

admodum Hippocr. præcipit) in eam figuram in qua tùm erat quùm vulnus accepit: aut certè ita proſtrato, collocatoque in lectulo, vt quàm proximè fieri poterit, ad eam figuram accedat. Educitur etiam glans interdum per eam partem in quam vi tormenti impulſa ferebatur: propterea quòd viam ſibi atque exitum in eâ parte muniuit: qui tamen exitus, ſi opus ſit, amplificãdus erit ſcalpello, vel nouacula, quò faciliùs glans ſequatur, & minor inflammatio naſcatur: præſertim ſi ſpecillo reperiatur, & in carne infixa ſit, neque magnas venas, & loca neruoſa tranſierit. Itaque hîc noua inciſione opus erit, quæ commodiùs fiet, ſi parum admodum integræ carnis ex aduerſa parte ſuperſit, &, ſi digiti admoueantur, ſubeſſe glans ſentiatur, neque quidquam obſtet, quominus inciſio illa fiat. Hoc verò in vtraque parte Chirurgo ſemper curæ eſſe debet, vt ſcribit Celſus de telis extrahendis commemorans, ne fortè neruus, vena maior aut arteria lædatur. Quòd ſi periculum aliquod immineat, vel ita glans lateat vt reperiri non poſſit, ſatius erit eam tantiſper dimittere, donec natura ſua ſponte ipſam extrudat. Quid enim expedit ingenti vulneri ingens inſuper aliud vulnus addere, & ægrũ tãtis cruciatib fruſtrà fatigare, præſertim quùm in multis infixa glans ita latuerit, vt vulnere

De remed. lib. 7. c. 5.

ad cicatricem perducto post annos multos absceſſo aliquo facto ſua ſponte exierit? Porrò primum iſtud propoſitum perficitur etiam medicamentis extranea depellentibus (quorum magnus ſanè eſt vſus) præſertim ſi venenata glande illatum fuiſſe vulnus ſuſpicemur. Tùm enim maturiùs aduentitia euellenda ſunt. Qua ratione etiam ne virus inferatur, & ad partes principes ſerpat, attrahentia iſta valentiora confeſtim aſſumenda ſunt, quemadmodum in contrariis accidentibus mitiora, de quibus in cap. de venenato vulnere alius nobis dabitur ſcribendi locus. Hoc primo propoſito peracto, abſtractis videlicet ex vulnere quantùm facultas feret, omnibus alienis atque extraneis, deinceps de topicis & prima medicamentorum applicatione nobis agendum eſt. Variam enim hac de re tùm Medicorum ſententiam, tùm caſtrenſium Chirurgorum conſuetudinem eſſe conſtat. Alij namque ferrum candens, vel cauſticum, vel aliud quoddam exedens medicamentum, omni vulneri promiſcuè admouent: alij olea feruentia oliuarum vel ſambuci: nonnulli theriacam: alij terebinthinam laudant: alij oleum catallorum tepidum probant: At frequentiſſimè vulgus vtitur ſuis ellychniis, ac ſtupis aceto, oui candido & adſtringente medicamento imbutis, quibus totum

&

& cauum vulneris infarciunt, & vicinas partes inuoluunt atque obligant: quem apparatum per integrum diem non mouendum esse censent, fluxionem sanguinis, vt aiunt, metuentes. Sed quàm pernicioſa hæc ſit vulgi conſuetudo, periti omnes iudicabunt. Hæc enim medicamenta emplaſtica craſſæ ac terrenæ ſunt ſubſtantiæ & facultatis adſtringentis, quæ ſubitò exſiccantur, partemque affectam nimiùm comprimendo, dolores permagnos cient: vnde maiores oriuntur tùm defluxiones, tùm inflammationes, grauioraque ſymptomata, quòd poros aut meatus cutis obſtipent, humoreſque cogant, & craſſiores efficiant. Quemadmodum ſeuum, reſina, pix, cera, butyrum, omniſque fluxilis materia frigore indureſcit, minuſque cedit tractantis fingentiſque articulis: ſic horum frigidorum medicaminum applicatione ſine vllo diſcrimine, denſantur humores, ægreque diſſoluuntur, cuteque minùs ſpirabili reddida ſpiritus oppreſſi ſuffocantur, propter retentam malignam humorum exhalationem, vnde nonnullis gangræna innaſcitur, partiſque totius interitus. Quòd ſi aliorum remediorum penuria, & vrgens neceſſitas, his vti remediis vulgaribus Chirurgos cogat, ad ſanguinem immoderatè fluentem ſiſtendum (quamuis id rarò his vulneribus accidat) tamen illa

eligi (quùm datur facultas) vel permutari debent, vel saltem frequenter oxyrhodino subtepido sunt imbuenda. Neque verò prætermittendum est, multos hodie vti ad horum vulnerum curationem non solùm applicatione prima, sed ad perfectam vsque valetudinem, simplici aqua fontana tepida, cum qua oleum & acetum alij commiscent. Quo remedio ellichnia & stupas imbuunt: idque cum tàm fœlici successu præstant, vt non pauci magicis carminibus & incantationibus hoc tribuant. Quod frequenti tamen experimento probatum est, neque à ratione alienum videtur: quippe quùm aqua etiam frigida vulnera simplicia iuuari, Celsus libr. 5. capit. 26. scribat, ac ipsam quocumque modo imposi-
Lib. 8. cap. 10. tam, imò & calentem ipsis prodesse alibi affirmet: dolores enim lenit, inflammationes arcet, ac defluxiones sistit, quæ symptomata statim in principio prohibenda esse, omnes ingenuè fatentur. Deinde quùm ex Hippoc. sententia contusis vulneribus, celerrima suppuratione medendum sit, hoc ipsum tepidæ aquæ fotum præstare, veterum Medicorum scriptis & experientia comprobatur. Quùm igitur illa primos & grauiores vuluerum impetus aptissimè sustineant, ac repellant, nemini mirum videri debet, si tùm demùm natura (quæ in se efficientem caussam & Balsa-

mum

mum naturalem continet, quo & fracta ossa conglutinentur, & vnitatis diuisio consolidetur) & vulnera carne repleat, & cicatrice tandem ipsa obducat: modò ars naturæ ancilletur, eique ministret atque inseruiat: cauendo ne vulnus à caussis externis irritetur, & Balsami curatrix facultas impediatur, sed suo munere fungatur, vulnus ipsum exactè à sordibus (quæ sibi impedimento sunt) linamentis & omnibus modis expurgando. Porrò non possum non eorum institutum laudare, qui acetum & oleum commiscenda esse censent: quo remedio accepimus Vinssium illum, de quo suprà sermonem fecimus, ante Rupellam desperato vulnere affectum à nonnullis Italis, aliosque præterea complures curatos fuisse. Illud enim mixtum symptomatibus occurrit, dolori nempe, defluxioni, & inflammationi: ac præterea putredini resistit: nam illi summo studio ac labore obsistendum est (quùm huius generis vulnera ei valdè obnoxia sint) ne gangræna aut sphacelus tandem subsequatur. Acetum enim corruptioni obsistere argumento est, quòd, si condititiis rebus infundatur, eas conseruet, ne mucore aut limo obducantur. Sic oleum vino vel alterius generis liquori superinfusum prohibet, ne vel vapescat, vel corrumpatur: siquidem aërem arcet, omnesque halitus excludit, qui

putredinem inferre possent, eòque laudabilior mihi videtur ipsius vsus, quò foris & imbutum & intus assumptum veneni acrimoniam retundit, quod cum istis vulneribus aliquando commixtum esse posse docuimus. Quò fit vt illorum comprobem sententiam, qui olea feruentia confestim vulneri admouent: salubriter enim adhibetur: partim quòd relaxando efficiant vt interna prauorum humorum fuligo dissoluatur: partim quòd impediant, ne externo aëris ac ventorum impulsu cauum vulneris feriatur. Hoc enim inter cætera obseruandum est, ne diutiùs aëri vulnus committatur, sed qua fieri poterit diligẽtia occludatur. Aërem namq; putrefactionem rebus quas ambit humiditate sua inferre, experiuntur illi, qui cuiusque generis fructus in olla seriatim collocant: eamq; accuratè operculo obductã ac ludo sapientiæ, quod vocant, obligatam, vt nihil aëris subingredi possit, in putei profundum demergunt, atq; ita quùm illi fructus ab ambiente aëre, omniq́ue aura maligna sint remotissimi, corrumpi nec tabescere possunt, sed recentissimi inueniuntur, ac si nuper fuissent inclusi. Quę à me per transennam dicta fuisse omnes velim existiment, quò demonstrarem multos curari non incantationibus, vt vulgus putat, sed remediis, etsi nonnulli iis cum ratione non vtantur, ratio-

Aër hisce vulnerib. contrar.

ni

ni tamen consentaneis: non autem vt Empiricorum caussam tuendam suscipiam, qui non verentur in hominum vitam ac corpora grassari, atque, vt habet prouerbium, in iactura vasis artem figulinam experiri: quùm eos potiùs exterminandos censeam, quorum videlicet culpa ac temeritate efficiatur, vt ars medica summis alioqui laudibus extollenda, vnà cum professoribus despecta sit & negligatur. Sed ne ab instituto nostra recedat oratio, eò modissimum mihi videtur, si in sclopetariis istis vulneribus statim per initia oleum viscì pomorum compositum, vel olea florum verbasci vel hyperici, vel ouorum, calentia admoueantur, quorum descriptionem inuenies in nostro Antidotario spagyrico, quæ præparata habere debent Chirurgi: mirum enim in modum & leniunt, & emolliunt, & dolores sedant, & his vulneribus curandis competunt. Horum defectu olea sambuci (quod probatur à Iouberto peritissimo Medico) lini ouorum, lumbricorum, liliorum, & chamæmeli & terebinthinæ assumenda erunt. Quòd si quis his omnibus oleis sit destitutus, butyro calenti aut terebinthina sit contentus: linamenta interim sequenti medicamento sunt inungenda.

Vnguentum magistrale.

℞. sepi hircini, colophoniæ an. ℥. iij. medul-

læ crurum bouis & œsypi humidæ an. ℥.ij.ſ. butyri recentis ℥.ij.ſucci chelidoniæ & centaureæ an. ℥.j.oleorum viſci pomorum & ceræ an.q.ſ.vt fiat vnguentum.Huius cape ℥.iij: mercurij præcipitati,dulcificati,& noſtro modo præparati,& croci veneris optimè præparati an.℥.iij. fiat mixtura, qua inungantur turundæ, vel ſetones ſi ipſorum applicatio requiratur. Pulueres præparati eſſe debẽt, quos ditiores poterunt in capſis aſſeruare: quos etiam permiſcere erit optimum cum ſimplici butyro,ſi non eſſet præ manibus paratum vnguentum ſupraſcriptum, cum quo poterit fingi ſatis amplum emplaſtrum, quod circũcludat partes vulneris proximiores. Linamẽta autem ſunt imbuenda ſimplici oxyrhodino parato cum aceto roſ. oleo roſ. & viſci pomorum.Partibus autem longioribus talè vnguentum adhibendum erit.

Defenſiuum medicamentum.

℞.boli armenæ præparatæ,ſanguinis draconis & corall. rubr. an.℥.ſ. croci martis.℥.j. baccarum myrti. ℥.j.ſ. olei roſ.omphacini ℥. iiij. aceti roſati ℥.ij. ceræ ℥.j.ſ. fiat linimentum.

Hoc interim ſtudioſè ſemper in hiſce vulneribus obligandis obſeruandum eſt,ne faſcia ita remittatur vt laxa ſit, & quod continet elabatur, neque tamen arctare adeò ipſam oportet, vt vehementiùs comprimendo dolorem

rem excitet, ac proinde fluxionem proritet, quandoque phlegmonem atq; ad extremum gangrænam & cancrum accersat, quemadmodum interdum vsuuenire Cels. tradit. Dãda erit igitur opera, vt amborum vitato incommodo, vtriusque fruamur commodo. Linamenta interim prædicta oxyrhodino frequenter imbuenda sunt, renouandusque ab initio apparatus, duodecim horarũ interuallo: nisi fortè sanguinis fluxio metuatur, propter magnæ vel arteriæ vel venæ incisuram. Quòd si fluxus sit immoderatior, celeriter illi atque ante omnia succurrendum est, quod sequentibus medicamentis appositis & assumptis commodè fiet. Neque tamen id præstandum censeo, quin priùs aliqua sanguinis copia per vulnus effluxerit. *Lib. 5. cap. 26.*

Vnguentum sanguinem cohibens.

℞. croci martis subtilissimè reuerberati, croci veneris an. ℥. ij. excipiãtur oleo visci pomorum simplici, & fiat vnguẽtum. Hoc medicamentum adeò sanguinis fluxionem sistit, vt propè incredibile videatur, vulnus quin etiam in meliorem statum disponit: superfluos enim humores digerit, partem corroborat, & putredini magnopere obsistit.

Aliud.

℞. croci martis ℥. j. calcis testarum ouorum, & colchotaris an. ʒ. s. cineris ranarũ vstarum

ʒ.ij.excipiantur oleo viſci pomorum.

Aliud paratu facile, nec minùs vtile.

℞. Colchotaris aceto præparati ʒ.ij. calcis limacum ʒ.s. butyri recentis ʒ.iiij. miſce & fiat vnguentum, vel excipiantur oui albumine.

Commodiſſimum etiam fuerit in magnis hæmorragiis potionibus vti, quarum formulas ſubſcribemus.

Pro ditioribus.

℞. olei croci martis & eſſentiæ corallorum an.ϑ.j.cum aqua ſpermatis ranarum vel roſarum, fiat potio.

Alia, pro gregariis, ſed approbata.

℞. croci martis noſtro modo præparati ϑ.j.calcis teſtarum ouorum ʒ.j. ſyrupi roſarum ſiccarum & myrtillorum an.ʒ.j cum aqua florum papaueris rubri, fiat potio aſſumenda tribus horis ante cibum: pro quo capiat hordeatum cum aqua roſarum & ſemine papaueris, præſertim hora ſomni.

Porrò nullum præſtantius medicamentum reperiri poteſt, tùm ad ſiſtendum ſanguinem vndecumque prorumpentem, tùm ad dolores omnes pacandos & defluxiones reprimendas, quàm Laudanum Opiaticum, ſi pilula illius grani piperis inſtar aſſumatur, cuius vſus in hiſce præſertim vulneribus non ſatis prædicari poteſt: vt alias innumerabiles

ipſius

ipsius opportunitates omittam, de quibus in mea responsione ad tractationem Auberti Vindonis de ortu & caussis metallorum, copiosiùs differui. Porrò his primò completis, tum demùm medicamenta, quæ quàm celerrimè suppurent, adhibenda erunt, suppurata diligenter repurganda exsiccandaque, vt iusta nascatur caro, neque mollior quàm oportet, neque durior, & quæ non excrescat, vt denique confracti ossis fragmenta, si qua sint, à viuo osse maturè deducantur. Porrò celeriùs in hisce sclopetariis vulneribus suppurationem maturamus, ne ineluſum virus, aut latens sanies periculum maius moliatur, atque vt sic suppuratis omnibus, febres, dolores & omnia ferè symptomata ex Hippocratis sententia faciliùs conquiescant. Igitur pro hac intentione in secundo apparatu vulgus vti solet suis digestiuis (vt appellant) oui vitello, rosato oleo & terebinthina paratis. Quæ, vt verè dicam, idcirco probare non possum, quòd citissimè putrescant, & fœtorem (quod indicium semper malum est) vulneri inducant. Alij hydrelæo modicè calido, butyro & similibus suppurantibus vtuntur, quibuscum tritici farinam perpurgatam furfure excoquunt, & pusillum croci admiscent. Probant nonnulli tetrapharmacum ex pice, resina, cera, & adipe paratum, cui primas tribuit

mouendo puri Corn. Celsus: ex quibus Macedonicum etiam addito thure conficitur, quo multi fœliciter vtuntur. Alij Basiliconem summopere probant, quòd suppuratiuum sit optimum, semperque in officinis paratum inueniatur. Laudant alij vnguentum Dialth. & quod Resumptiuum vocant: nonnulli emplastrum Diach. simplex & de mucilaginibus, quibus oleum liliorum permiscent. Quibus omnibus medicamentis cæsas glande carnes ac contusas in pus celerrimè conuertunt, vt Hippocrati assentiantur. Scribit enim collisas carnes in saniem necessariò conuertendas esse, quò minùs etiam hac curandi ratione vulnus phlegmone fatigetur, minùsque vexetur: quæ fuit & eiusdem Hippocratis & veterum omnium Medicorum opinio. Quorum suppurantium vsum non possum & ipse non summopere probare: Nam quùm insiti nostri caloris vim atque substantiam tueantur, atque etiam humores corruptos in benignius quippiam commutent, & putridum sanguinem in pus citissimè conuertant, hac ratione vulnus in meliorem statum restituunt. Hoc tamen vnicè obseruandum, ne ipsorum intempestiuo vsu vulnus corruptione afficiatur: quod vt prohibeatur, addenda erit ʒ.j præcipitati nostri pro quaque vncia suppurantis medicamenti (cuius præcipitati

cipitati pondus augeatur si fœteat vulnus) quò altius subire possit, vireſque suas sine periculo exercere medicamentum. Nam illo solo medio statim pus conficitur syncerum, parsque affecta à putrefactione & gangræna, cui illo præsertim tempore est valdè obnoxia, conseruatur: quod ego sæpenumerò certa experientia comprobaui. Neque absurdum fore putaui, si in minùs peritorum gratiam quibus vtar remediorum formulis pro hac intentione, præscribam. Inungantur ergo turundæ, vel setones, & quicquid in cauo vulneris apponetur, sequenti vnguento.

Vnguentum paratu facile.

℞. vnguenti Basilici maioris descrip. Mesuę ℥.ij. butiri recentis ℥.j. præcipitati nostro modo præparati ℥.ij. s. misce pro ellychniis & turendis inungendis.

Vnguentum aliud.

℞. ceræ nouæ, resinæ, picis naualis, an. ℥.iiij. sepi hircini & medullæ cruris vitul. an. ℥.ij. œsypi humidæ ℥.j. olei oliuarum, vel lini, vel viſci pomorum ℔.j. liquefactis omnibus & transcolatis fiat vnguentum.

Additio.

Huius capę ℥.ij. præcipitati nostri ℥.ij. misce. Præstantissimum est remedium, quo etiam emplastra (sine præcipitato) sunt illinenda,

& in vulneris ambitu apponenda: vel,

℞ terebinthinæ venetæ, & mellis albi an. ℔.s. vitellos ouorum, numero 12. omnibus optimè mixtis decoquantur ad ignem ad pulmenti consistentiam.

Hoc vnguento (quod Calcinatum magnum vocant Paracelsici) poteris commodè vti loco digestiui: putredini enim, sic præparatum, summoperè obsistit, & hisce vulneribus suppurandis conuenit.

At quoniam proprium est naturæ, nostrique caloris, non autem medicamentorum, maturare omnibus modis calorem, inducemus insito nobis simillimum, qui fouendus est, ac tuendus, & bombace, & lana succida, & linteolis partem affectam circumdantibus, vel aliquo cataplasmate, quibus omnibus grauia quæque vulnera etiam iuuari scribit Celsus: quæ imbuenda sunt vel hydrelæo, ex oleo rosarum, & aqua rosarum confecto, cui pusillum aceti permiscere poteris: aceto enim parcè vtendum, quòd tardiorem efficiat suppurationem: vel sequenti fomento mihi familiari vtitor.

Lib. 5. cap. 26.

Fomentum emolliens, doloresque sedans.

℞ foliorum visci pomorum minutim conciscorum cum fructibus m. iij. rad. althææ cum foliis, maluar. viol. an. m ij. sem. lini, fœnigræci an.

ci an. ℥ ij florum chamæmeli, meliloti, an. p. ij. d ecoquantur cum lacte.

Nunquàm hoc medicamentum me fefellit: inflãmationes n. arcet, dolores mirum in modum ſedat, partiſq; ſubſtantiam fouendo, pus exquiſitũ citiſſime mouet. Ex præſcriptorum craſſamẽto piſtato & cribellato paratur cataplaſma, addendo farinar. lini & fœnigr. an. ℥ ij œſypi humidæ & medullæ cruris vituli an. ℥ j s. vitellos ouorum numero iiij. croci gr. vj. oleorũ viſci pomorum & roſarũ an. quantum ſuff. apponatur vulneri, ita vt inuoluat partes viciniores: loca autem remotiora ad prohibẽdam humorum defluxionem ſemper vnguẽto de bolo, vel ſequenti, illinenda ſunt. *Cataplaſma.*

Defenſiuum optimum.

℞. pulueris roſarum rubr. & myrtillorum an. ℥ j. boli Armenæ, terræ ſigillatæ an. ℥ vj. ſuccorum plantaginis, ſolatri, an. ℥ j. aceti roſati ℥ ij. olei roſ. omphac. & myrtill. an. ℥ ij. s. ceræ ℥ ij. miſce pro defenſiuo.

Porrò illis remediis eouſque vtendum, bis in die apparatum permutando, vt iam diximus, donec pus aliquo modo laudatum apparere incipiat: tunc enim detergentibus vtendum erit, cum quibus etiam ſemper præcipitatus noſter permiſceri in maiori doſi poterit, quod & optimè è vulneribus pus eluat, & corruptioni medeatur.

Detergens optimum, paratu facile progregariis.

℞. vnguenti Aurei ℥.ij. terebinthinæ & mellis ros. an. ℥.s. farinæ fabarum ℥. ij. boracis ℥. j. pulueris præcipitati ℥. iij. misce.

Aliud probatum pro ditioribus.

℞. succi persiccariæ & symphiti, an. ℥. ij. oleorum terebinthinæ, thuris, myrrhæ, sarcocollæ, spagyricè destillatorum, an. ℥. iij. radic. aristolochiæ rotundæ ℥. j. s. ceræ albæ ℥. j. olei hypericonis compos. q. s.

Additio.

℞. huius ℥. j. adde mercurij præcipitati ℥. j. misce pro inunctione ellichniorum.

Solum vnguentum de pæto multùm confert, cuius descriptionem in Antidotario nostro inuenies.

Vsus superioris cataplasmatis, etiam eo tempore approbabitur, modò addideris ipsi farinam orobi, hordei, fabarum, & lentium. Sequens etiam cerotum prodest.

℞. massæ emplastri Diachalciteos ℥. vj. olei viscipomorum q. s. vt fiat ceroti instat, quod vulneri superponatur.

Sed quoniam illa vulnera ferè adeò profunda sunt, vt neque medicamenta, neque turundæ eò peruenire possint, iniectio sequens per catheterem est adhibenda.

Pro

Pro gregariis.

℞. vincæ peruincæ, pæti, perſiccariæ, betonicæ an. m. j. florum hyperici & verbaſci an. pugil. j. radic. ariſtoloch. vtriuſq; an ℥ s. thuris, myrrhæ, ſarcocollæ, iridis florent. an. ℥ ij. decoquantur cum vino albo, fiantque iniectiones, quoties vulnus tractabis: caue tamen vt nihil vel parum illius in cauo vulneris relinquatur: ſufficit enim modò vulnus optimè abluatur.

Pro ditioribus.

℞. veronicæ, vincæ peruincę, pyrolæ, betonicæ, agrimoniæ, & ſymphyti maioris an. m. j. rad. ariſtolochiæ rotund. & iridis an. ℥ j. decoquantur cum phlegmate vitrioli.

Additio.

Huius decocti colati cape ℔ s. diſſolue oleorum myrrhę, & maſtiches, deſtillatorum vt ſuprà an. ℥ iij. olei terebinthinæ ℥ s. miſce, vtitor, vt dictum eſt.

Purgato igitur, vt docet, vulnere, carne ipſum impleri oportet, quem ſcopum facilè aſſequemur, ſi turundas indies paulatim imminuamus. Hoc enim modo citra vllum medicamentum, ſed ſolius Naturæ opera vulnus carne implebitur, & tandem breui cicatrice obducetur, modo pondus præcipitati in vnguentis augeamus: vel ſequenti medicamento vtemur.

Puluis epuloticus.

R. calcis testarum ouorum optimè calcinatarum ℥.s. boracis, & aluminis vsti an. ℥.j. croci martis ℥ j. fiat puluis, hic optimus est ad cicatricem obducendam.

Porrò si vulnus enumeratis auxiliis ad suppurationem perduci non possit, videaturque in gangrænam ac partis interitum degenerare: quod & fœtore eximio, fusco, liuido, & nigro affecti loci colore deprehendes, medicamenta quæ erunt idonea ad eiusmodi corruptionem & interitum, erunt admouenda, quorum descriptionem suo cap. de gangræna præscriptam inuenies: occurrendumque erit symptomatibus, si qua superueniant, vt dolori, phlegmoni, & reliquis, vt posteà dicetur. Restat enim iam, vt de venenato ac adusto sclopetico vulnere agamus.

De venenato & ambusto vulnere sclopetico.

CAP. VI.

CVRATIONEM eorum vulnerum, in quibus sola continui solutio cum contusione & vasorum dilaceratione consideratur, iam præscripsimus. Restat vt de veneno & ambustione (quæ complicata cum hisce vulneribus esse posse iam docuimus) agamus: pro illo

illo enim ad tertiam indicationem confugiendum est: nimirum ad salutare aliquod alexipharmacum, quò id è vulnere euelli & euocari citissimè possit: atque vis ipsius obtundi, ne sensim intrò subiens ac prorepens in principes tandem partes insiliat, earumque vires ac substantiam dirimat, quod fiet partim topicis siue parti affectæ aut cordi applicatis, partim etiam per os assumptis medicamentis. Nam si caro vulneris sit liuidior, quàm vulgarium plagarum esse solet, & veluti emortua, cum totius partis decoloratione, laterum punctionibus, atque extraordinariis inflammationibus & doloribus, cumque torpore totius corporis, alienatione mentis & febribus ardentibus: & hæc præsertim sine aliqua manifesta caussa interueniant, venenum adesse iudicabunt omnibus modis: ideoque qua poterimus celeritate relictis omnibus aliis intentionibus tàm graui affectui occurrendum erit. Quemadmodum enim ingruente magna tempestate, ac sæuientibus vndique ventis, nauclerus etiam æstu aduerso, ventoque minùs secundo, celerrimè saluti prospicit, ac fidam tutamq; stationem ac portum remis velisque consequi conatur: ita Medicus ratione atque vsu & experientia præditus, prima quaq; opportunitate salutare remedium adhibere præsenti tanto incommodo debet,

ad ipsius ferociam subitò, si fieri potest, retundendam: idque antequàm virus radices agat, penitusque infixum esse contingat, atque ipsum cor, tùm partes principes, quò cõfestim properat, occupet. In his enim matura sectio sæpe decipit, sera semper. Igitur si ex prædictis signis aliisque conjecturis complicatum esse vulnus cum veneno censeamus, ad antidota statim confugiemus: adhibito priùs integro iudicio, factoque prognostico, (vt rectè nos admonet Celsus) vel ægrũ prorsus desperatum, vel saltem periclitari, aut rectè valiturum familiaribus & amicis indicantes, ne si victa malo ars fuerit, id nostræ ignorantiæ, aut fallaciæ, & artis dedecori tribuatur. Porrò præscripta priùs idonea victus ratione, quæ venenis obsistat, statim præuidendum est, an morbus venæ incisionem, an verò expurgationem exposcat: matureque illa adhibenda sunt, & cum prudenti iudicio, siue vt primùm atque inter initia euacuatio præcedat, aut sudore, vomitu, alui profluuio, aut venæ incisione: vt humores maligni, antequã se per venas diffundant, arteriisque penitus inhæresçant, expurgentur: atque vt laxatis meatibus, ac spiramentis, fuliginosi & maligni illi vapores, quibus cor opprimeretur, erumpant, forasque promanent. Quod præstãdum est, præsertim si venenũ priùs per corpus distri-

Lib. 5. cap. 26.

distributum fuerit, & æger humoribus repletus videatur: tunc enim euacuationem etiam per missionem sanguinis conuenire scribit Paulus lib. 5. cap. 2. Deinde ea adhibenda, quæ cor tueantur, ac muniant, vt sunt theriaca & mithridatium ex vino aut decocto rad. angelicæ, tormentillæ, gentianæ, bistortæ, seminis citri, acetosæ & herbarum melissæ, veronicæ, & pimpinellæ cum syrupo de limonibus, aut alio quodam diluto: idque vt naturæ conditio exposcet, aut exercitato Medico expedire visum fuerit, in quo mirè illum prudentem & oculatum esse par est, nec à scopo aberrare. Cæterùm optimum factu iudicaui, si remedij cuiusdam paratu facilis formulam in gratiam posteritatis præscriberem, quod exhibitum omne depellit venenum, quod sæpissimè probatum fuit: & quamuis familiare, pro insigni tamen secreto habendum est.

Alexipharmacum præstantissimum, & multis experimentis comprobatum.

℞. rad. asclepiadis ℥. j. rad. valerienæ & tormentillæ an. ℥. s. rad. polypod. querc. ℥. ij. angelicæ satiuæ ℥. iiij. angel. sylvest. & rad. althææ an. ℥. ij. vrticarum ℥. j. rad. thymelææ ℥. j. s. rad. scabios. & valerian. minoris an. ℥. s. radices omnes euellantur intra 15. Augusti, & 8. Septembris, quæ posteà incidantur ac reponantur in ollam vitreatam sigillatã, cum

ſuff. q aceti. Atque ita 12. horas macerentur, pòſt coquantur ſpatio horæ vnius cum dimidia: Effuſo tùm aceto exſiccentur, donec in puluerem redigi queant. Contuſis omnibus adde acinos herbæ Paris numer. 12. cum eiuſdem foliis 36. fiatque puluis, cuius doſis eſt ʒ. j. cum vino albo.

Alexipharmacum aliud, quod in promptu paratum eſt.

R. mithridatij & theriacæ an. ʒ.s margar. præpar. & corall. rub. an. ϑ. j. boli armenæ ʒ.s. ſyrupi de limonibus ʒ. j. aquarum buglos. & ſcabioſ. q. ſuff. ac fiat potio. Reiteretur bis aut ter, ſi opus videatur.

Aliud pro ditioribus.

R. auri vitæ & eſſentiæ margaritarum an. gr. vj. eſſentiæ corallorum gr. 8. terræ ſigillatæ electæ ϑ. j. cum ʒ. duabus aquę theriacalis noſtræ: fiat potus ſtatim ſumendus. Hic mirificè cor ab omni veneno & contagione tuetur. Conferunt etiam epithemata regioni cordis applicata ex margaritis, ſantalis, corallis, caphura, & aquis cordialibus.

Cæterùm Galen. lib. 13. Method. med. pro venenatis iſtis vulneribus curandis geminas aſſumendas eſſe cenſuit indicationes curatiuas: vnam, quæ virus ipſum foràs attrahere, alterã quę ortũ inde dolorem alteraret. Primę indicationi occurrebatur excalefaciẽtibus & attra-

attrahentibus: vt cucurbitulis, frictionibus, & postremò vstionibus vel ferro vel medicamento factis. Vltimæ autem auxiliabatur per ea medicamenta, quæ qualitatem per contrariam qualitatem alterare possent, vt refrigerantibus, si eximius calor ægrum fatigaret: & calefacientibus, si frigus in ipso demorso loco ac in toto corpore ipse sentiret. Interim vulneri apponendum salem esse veteres Medici censebant, cæpam, rutam, sinapi, glandes, nuces, dictamnum, sulphur, & similia medicamenta, quæ magnam vim trahendi haberent: ligamentis quoque, sacrificationibus etiam scalpello factis vtebantur, quò magis vitiati sanguinis copia è vulnere profluere posset: de quibus fusiùs Paulus, Aëtius, Actuarius, & Cornelius Celsus summi Medici & perpetua commendatione digni scribunt. Verumtamen quoniam ipsi neque horum sclopetariorum vulnerum, neque cuiusuis Antidoti peritiam habuerunt, neque eorum fortè venenorum, quibus glans plumbea infici potest: commodissimum fore iudicaui vtilissima remedia, non vulgaria tamen, hisce vulneribus venenatis applicanda in medium proferre, quorum vsum satis prædicare grata posteritas non poterit. Primò igitur apparatu (si ex prædictis signis sit tibi quædam complicati veneni cum vulne-

Paul. l. 6. cap. 2. Aët. tetr. 4. ser. 1. cap. 48. Cor. l. 6. cap. 27.

re suſpicio) extractis omnibus extraneis, ſi fieri poteſt, vulneris labra ſcalpello ſcarificanda cenſeo, atque cucurbitulas admouendas, ac ſequenti vnguento ellychnia vulneri imponenda.

Vnguentum venenatis vulneribus conducens.

R. vnguenti Macedonici ℥. ij. olei myrrhæ & terebinthinæ an. ℥. ij. præcipitati noſtri ℥. j. ſ. butyri arſenici fixi & dulcificati, vt artis eſt ℥. ſ. olei antimonij ℥. ij. ceræ tantillum, & fiat vnguentum.

Hoc medicamento non aliud præſtantius inueniri poteſt ad eluendum & detergendum quoduis è vulneribus venenum. Quare præparatum illud habere Chirurgi præ manibus debent, cuius facultatem quùm experti fuerint in hiſce vulneribus & omnibus malignis vlceribus, vt carcinomatis, gangrænis, & aliis deſperatis vlceribus, eò magis ipſum cõmendabunt: namque ſine vllo dolore operatur.

Aliud præſtantiſſimum.

R. olei mercur. corporalis ℥. j. ſ. olei ſulphuris terebinthinati ℥. ij. arſenici dulcificati ℥. ij. excipiantur butyro ſalem non experto, & fiat vnguentum. Apponatur vulneri, vt dictum, cum ellichniis & turundis venenatis, gangrænæ, cancro, phagedænis, & cacoëthis viceribus curandis confert. Superponatur in vulneris ambitu tale emplaſtrum.

Attra-

Attrahens medicamentum,

℞. ammoniaci, bdellij dissolutorum in aceto rosato an. ℥.ij. galbani ℥. s. mumiæ, thuris, mastiches, an ℥.iij. caphuræ, ℥.ij. coralli vtriusque & magnetis præparati, asphalthi, carabes an. ℥ s. rad. aristolochiæ, serpentariæ & arundinis an. ℥ ij. s. ceræ, picis naualis an. ℥. iij. alabast. ℥.iij. olei terebinthinæ & ouorum ana q. suff. vt fiat cerati instar. Hoc medicamẽtum rectè præparatum tùm venenum elicit, tum glandem, ferri, ossium, lignorum, & vestium fragmenta ad se pertrahit.

Aliud attrahens optimum.

℞. gummi cort. med. tiliæ, extracti, vt docebitur, ℥.ij. magnetis præparati ℥.j. succini flaui præpat. ℥ s. opoponacis repurg. cum succo serpentariæ. ℥. iij. terebinthinæ & ceræ, quod satis sit ad fingendum emplastrum.

Aliud specificum.

Lingua vulpis suo tempore euulsa, & vt decet præparata, & exsiccata, glandem etiam ab interioribus partibus sine dolore attrahit, si priùs in vino rubro decoction. aristoloch. & serpentar. madefiat, & parti affectæ apponatur.

Sequens etiam defensiuum toti membro affecto impositum multùm confert.

Defensiuum magistrale.

℞. florum verbasci, hyperici, & rosarum an.

p.ij. foliorum rutæ & hyoscyami an.m.j. caphuræ ℥.s. decoquantur cum aceto,& fiat in formam catablasmatis. Doloré sedat,ac prohibet ne phlegmone pars molestetur.

Hæc medicamenta bis in die permutari poterunt,quibus vtendum est,donec grauiora omnia symptomata desinere appareant: tunc enim vulnus tractandum acsi contusum foret: idq; ad longum tempus prorogari poterit,quò virosa materies semper effluat, nec intus contineatur. Vbi verò propositum tempus præterierit, quo nullum imminet veneni periculum, vulnus ad agglutinationem,& cicatricem perducendum erit, vt iam suprà præscripsimus. Quòd si vulnus,veneni mortifera qualitate, mortis ineuitabile periculum adferat, & lethale sit, neque medicamentis vincatur, haud importunum fuerit, facto prognostico, partem ictam amputare, si commodè sectionem ipsa non respuat. Hæc de venenato vulnere dicta sufficiant. Porrò dicturus de ambustione, quæ cum sclopetariis vulneribus crebrò complicata inuenitur, non possum satis improbare illorum sententiam, qui suadent sic affectis frigida ac summè reprimentia statim applicanda. Illa enim referiunt, non autem eliciunt aut extrahunt ignitum ardorem, eumque magis partibus infigunt & morbum adaugent,ac præsertim

De Ambust.

tim acetum, quo vulgus tamen frequenter vtitur: adstrictoria enim sua facultate aperta vasa occludit, influxumque sanguinis cohibet, vt Aëtius scribit. Quin potiùs muria, aut salsilago, præsentanea vi ambustis vim igneã atque vrentem feruorem extrahunt, doloresque intensissimos mitigant, atque pustulas reprimunt, si tenui præsertim peplo salsilagine imbuto præustæ partes statim foueãtur. At Oribasius & Paulus ambusta moderatè detergenda esse censuerunt: proinde terram Chiam & Cimoliam & Creticam & leuem omnem aliam quamque aceto (non acri tamen) aut aqua mixtam commendarunt. Recentiores vnguentum de calce septies lota, & oleo rosarum admista, & adustioni applicata probant. Alij ad ebulum in vino cocti & cataplasmatis forma præparatum confugiunt, & ad illa quæ impressum partibus ardorem foras calore prolectant. Hac enim ratione ignis si propiùs ipsi pars vsta admoueatur proprij instituti fit alexiterium, nam resolutione reuocato empyreumate dolorẽ leuat. Nos autem sequentibus remediis commodè sæpiùs vsi sumus.

Tetr. 4. ser. 2. ca. 26.

Orybas. Synops. lib 7. cap. 6. Paul. lib. 4. cap. 11.

Vnguentum pro gregariis empyreuma extinguens, & pustulas prohibens.

℞ olei sambuci & nucum an. ℥ ij. olei ouorum ℥ s. sepi ceruini & medullæ cruris tauri

an. ℥.j. cæpas coctas ij. ceræ tantillum. Ex his fiat vnguentum, apponatur parti affectæ.

Ad idem valde efficax.

℞. olei lardi & olei butyri an. ℥.s. succi foliorum & baccarum hederæ ℥. ij. succi corticis mẹd. sambuci ℥ j. olei sambuci ℥.ii j. salispetræ ℥.j. decoquantur simul ad aquę consumptionem, & cum tantillo ceræ fiat linimentum, quod plurimùm aduſtionibus tollendis confert.

Sequens aqua etiam ad ambusta pretiosissima est.

Aqua ad ambusta.

℞. phlegmatis vitrioli & aluminis an. ℔.s. florum tapsi barbati & foliorum hederæ nigræ an. m.j. limacum, ranarum, astacorum, aut cancrorum fluuialium an. n.10. destillentur in alembico plumbeo satis magno igne. Ex hac aqua foue aduſtum locum quinquies aut sexies in die.

Aqua spermatis ranarum mixta cum phlegmate vitrioli multum etiam confert.

At nullum præstantius medicamentum ad empireuma pulueris tormentarij restinguendum sequenti linimento. Inflammationes etiam omnes acres, & dolores compescit, quo ditiores vti poterunt.

Linimentum optimum.

℞. salis saturni saccharini ℥.j. olei vitellorum

rum ouorum ℥.ij. butyri pręparati ℥.iij. misce, fiat linimentum, quo totus adustus locus inungatur ter aut quater in die.

Partibus longinquioribus defensiua talia apponatur ad prohibendam humorum defluxionem & inflammationem.

Nutritum magistrale.

℞. succi foliorum nymphææ, semperuiui & hyosciami an. ℥. ij. aquarum spermatis ranarum & florum tapsi barbati an. ℥.j, lithargyri, vel, quod melius, salis eiusdem ℥. ij. olei visci pomorum & ros. omphac. an. ℥. ij. s. aceti ros. ℥. j. ducantur diu in mortario plumbeo cum pistillo etiam plumbeo & fiat instar nutriti, quo vtendum pro defensiuo.

Hæc sunt topica quæ ambustis istis vulneribus conueniunt. Porrò quoniam isti affectus etiam plerumque morbosis corporibus, cacochimis, ac qui imbecilla sunt valetudine, accidere solent, qui omnibus expositi sunt iniuriis, omnibusque obnoxij incommodis, vt doloribus asperis atq; inflammationibus, vnde etiam febres consequi possunt, ac tandem interitus (sic enim sutiles, quassatæque naues ac rimosæ faciliùs tempestati succumbunt) omnibus præcauendum erit, tùm exquisita administratione victus, tùm humorum euacuatione per pharmacum conueniens, & sanguinis missionem, si res ipsa id

postuler. Quæ omnia prudentis ac periti Medici iudicio committenda sunt, qui de futuro rei exitu prudenter præsagire poterit, res magnas non aspernando, neque paruas exaggerando, ne plus ipse quàm par sit, præstitisse videatur: hoc semper secundùm Celsum curiosiùs circumspiciendo, ne quod per se exiguum est malum, maius Medici negligentia efficiatur.

lib 5. cap. 26.

DE PARTICVLARI HORVM VVLNERVM curatione, variisquè illorum symptomatis.

De vulneribus cum fractura ossium.

CAP. I.

HORVM vulnerum curatio eò difficilior vulgo videtur, si cum ossium fractura coniuncta sint. Et id quidē nō immeritò, præsertim quū maiora ossa, vt puta crurum & brachiorum, ita confracta sunt, vt medulla emanet, quod quidem non nisi cum magna neruorum, venarum, & arteriarum

rum (quæ cuique membro vitam, sensum & motum suppeditant) disruptione potest accidere: quibus sublatis membrum corrumpi necesse est, ac plerumque omninò interire. Cui rei eò diligentiùs attendere debet Medicus, aut Chirurgus, quò magis vigebit accidentium magnitudo, vt nihil eorum prætermittat, quæ ad exactam curationem pertinent: quam optimis quibusque remediis aggredi præstat, quàm desperatis omnibus, atroci & luctuoso remedio membrum abscindere: præsertim ab initio, dum pars nondum sphacelo tentatur. Id à me non frustrà commoneri, docent nos naturæ miracula, quæ congruentibus adminiculis adiuta, solet edere: adeò vt etiam doctissimorum iudicia fallat. Qualia multa accidere ipse hisce oculis, in castris hoc postremo bello vidi: atq; inter cæteros nobili cuidã viro, nomine Brossæo, cui quùm glande maiuscula torméto emissa brachium omni ex parte ita confractum fuisset, vt parũ abesset, quin etiam caput quod omoplatæ inseritur, abruptum esset: (quæ sola fuit caussa, cur Chirurgi membrum non exciderint, quamuis id propter sphaceli metum facere statuissent) factum est tamen, vt æger, de cuius vita actum esse videbatur (adeò complicatum erat vulnus diuersis symptomatis) sanatus fuerit: seruato membro, quod etiam

nunc qualemcumque vsum ipsi præstat. Hoc exemplo iunioribus Chirurgis animum addere volui, vt modis omnibus & idoneis remediis conentur partes affectas potiùs conseruare, quàm curationis initium à membri excisione tentare, quod, antequam de certa & explorata membri mortificatione constet, fieri non debet: idque cum debita prædictione, & testatione. Obiiciet aliquis vires initiò maiores esse, quibus adiutos æger ingentes dolores ferre possit: easque sensim morbi magnitudine minui: omninoque maturandum esse. Sed hoc est, ea quæ nondum acciderunt, & de quibus nondum constat, vtrum accidere debeant, nec ne, tanquam præsentia sibi proponere. Adde, quòd laudabilioris ac perfectæ curationis spectatio priùs perpendenda est, quàm aliorum atrociorum vulnerum præcautio tentanda. Neque existimandum est, naturæ vires adeò exiguas esse, quin si maturè ipsi opem feras, id fœliciter perficiat, quod impossibile videbatur: nostramque expectationem ac commune iudicium fallat: quemadmodum iam proximo exemplo demonstrauimus. Vel saltem, si pars necessariò præcidenda videatur, hoc fiet commodiùs communi doctorum iudicio, quàm sola quorundam imperitorum opinione: qui tamen audacter id exequi non verentur.

Hæc

Hæc est causſa, cur quùm de huiusmodi vulneribus cum fractura aut contritione ossium complicatis tractare instituerim, mihi visum sit ab illis initium sumere, quæ capiti accidunt, tanquam grauissimis & periculosissimis: tum propter incluſi cerebri nobilitatem, tum etiam quòd eis fasciæ & ligamenta omnibus (vt dicunt) fracturis conuenientia accommodari non possint: quæ tamen tum ad repellendum, tum ad phlegmones sedandos, tum ad pus expurgandum, aut quicquid noxium partibus affectis inhæret, tollendum, inuenta credunt: sine quibus remediis os nullum sanitati restitui posse credidit Galenus, method. 6. capit. 6. Eo fit, vt fracto cranio interdum necesse sit partem aliquam ossibus denudare, quod vulgò Terebrare dicimus, vt detergere possimus, & saniei viam patefacere, qui alioqui meninges, ac tandem cerebrum mortiferè corrumperet. Vt autem ordine de his differamus, & facilior nostra fiat tractatio, subiecti loco proponemus nobis aliquem sclopetico vulnere in capite læsum. Nam prima omnium consideratio hæc erit, vtrum vulnus sensui pateat, an verò lateat, sola contusione sese prodens absque cutis apertione, quod quidem fieri potest, vt puta, si galea adeò firma sit, vt glans ex machina emissa

De capitis vulneribus cũ cranii fractura.

illam traiicere non possit, sed tantùm facta impressione contiguum cranium absque cutis apertione ita comprimatur, vt conteratur. Hoc perspecto, vulnus (vt decet) decussatim nouacula incidendum erit: sectioni verò cum stupis vel linteolis admouendum erit adstringens remedium ex sanguine draconis, mastiche, & bolo Armena, cum oui albumine mixtis: vt sequenti die vulneris labra magis pateant, ac faciliùs de ossis fractura iudicari queat. Hæc autem variis modis accidere solet: Interdum enim altera tantùm, interdum verò vtraque cranij tabula ictu excinditur: interdum etiam fissura apparens sit, quæ ῥωγμὴ Græcis dicitur: vel sensum latens, & angustissima, quæ pilosa Latinis, τειχισμὸς autem Græcis nuncupatur: quæ rursus aut vtramque aut (quod non adeò periculosum est) alteram tantùm cranij tabulam penetrant. Patente igitur fractura propriis signis, & quamprimùm nobis constabit, vulnus siue quod ita inflictum sit, siue nouacula apertum, satis amplum & dilatatum esse, ad operationes necessarias: primùm omnium eximenda erunt omnia, quæ vehementer contusa, & attrita esse videbuntur: denique quicquid meninges comprimere potest. Quòd si magnum aliquod fragmentum (quod sæpe contingit) adfuerit, illud

AEgin. lib. 6. ca. 90. quo loco, expressionẽ, depressionem, cameration-em & in infantibus contusionem inter fracturarũ cap. differentias etiã enumerat.

non

non omninò & præcisè insequendum erit, vt docet Galen. 6. meth. cap. 6. Satis enim erit, si tanta sit ossis apertio, vt pus per illam expurgari possit. Hæc igitur nobis obseruanda sunt, vbi cranij excisio, vel fractura manifesta apparet. Quòd autem ad ea vulnera attinet, quibus simplex fissura adest, ea sanè peritissimum Chirurgum requirunt, vt dignosci possint: sæpe enim hac in re visum & tactum fallunt. Veteres hoc casu (vbi videlicet fissura pilosa, vel capellaris aderat) medicamento quodam nigro vtebantur, quod vestigia nigra in osse ad fissuræ formam relinquens, ibi fissuram esse demonstrabat. Atramentum quo scribimus huic vsui accommodari posset, cum mastiche mixtum: vel carbones cum melle rosato, aut (quod melius est) tartarum calcinatum ad nigredinem: quod etiam facilè per se resoluitur. Recentiores verò restringente medicamento ossi superposito de fissura illa iudicant: quo loco enim, & quo citiùs exsiccatur, (quod accidit à vapore calido per rimam penetrante) ibi fissura demonstratur: quo cognito, statim consuetis & accommodatis mediis & signis indagandum est, an vtramque, vel alteram tantùm ex tabellis seu bracteolis cranij, fissura penetret. Namq; fissa tantùm superiori tabella, satis erit, si quâ fissum erit, radulis (quas

ξυσήρας Græci dicunt) vel aptis ad hoc organis eousque abradatur, dum ad ossis illæsam partem perueniatur, vt fiat os æquale: ac inde ad reliquam curationem pergendum erit adhibitis medicamentis contusionibus aptis, de quibus iam antè primo libro tractauimus. Porrò magna cautio adhibenda est, ne vulnera capitis vllo liquore madefiant, teste Hippocr. lib. de vuln. cap. Contrà verò exsiccantia & cephalica adhibeantur: vel sicca in puluerem tantùm redacta, aut cum melle ros. mixta. Sunt autem cephalica hæc: rad. vtriusque aristoloch. thus, myrrha, iris, panax, farina orobi, &c. huiusmodi. Mercurius etiam præcipitatus, cum melle ros. vtiliter adhibetur: & ossium ἐκφύλλοσιν maturat. Quòd si fortè illa fissura vsque ad interiora penetret, ante diem tertium terebrandum erit, aut alio modo apertio in osse molienda (vt ait Hippocr.) adeò ampla, vt impediatur inflammatio, & saniei via patefiat: ita vt omnino tolli & abstergi possit. Id autem circumspectè admodum, & organis aptissimis fieri debet, qualia nobis Ambros. Paræus in suo de cap. vulnerib. libro rectè depinxit. Porrò peracta quæ manibus fit in cranij fracturis operatione, diligenter attendēdum erit, quando iam os vacillare incipiet, ac iam propemodū excisum erit, an ei mēbrana valde adhæreat (hoc enim casu

casu nequaquam omninò euellendum erit) ne vis membranæ inferatur: aut ab ambiente aere lædatur: sed tamdiu spectandum erit, donec os sponte à toto separetur. Si verò os planè à membrana seiunctum sit (quod plerumque in huiusmodi vulneribus à sclopetis inflictis propter ictus impetum contingit, adsitque inflammatio, aliaque symptomata periculosa, quæ vulneribus illis familiarissima esse solent) molienda erit apertio, etiam antequam fiat corruptio, si maturè accersitus sit Chirurgus, quem peritissimum & solertissimum esse oportet, vt ad vnguem loca omnia norit, quibus terebram applicari debeat: nequaquam enim attingendæ sunt cranij futuræ. Quòd si vulnus in eas inciderit, vtraque in parte terebrandum erit, illis intactis: idque eo loco, qui ad pus vtrimq; expellendum commodior esse videbitur. Summopere etiam cauendum est, ne circa supercilia, aut inferiores cerebri partes apertio fiat, ne cerebrum sua mole & grauitate, patefacta via, dilabatur: néve circa tempora, propter musculum, & vasa quæ ibi insunt: id quod Galenus lib. 6. cap. 6. method. diserte notauit, his verbis: Cogitaui præterea accidere posse, vt si à latere magnum fieret in ossibus foramen, prominéret fortassis hac parte cerebrum. Est porrò & in lateribus nõ vno in loco etiam neruorum,

» horumque non leuis momenti quidam exor-
» tus. His admonitus abstinui ab eximendo os-
» se, quod in latere capitis esset. Sed ad superio-
res cerebri partes, vllum vel minimum neruũ
exire negat: quibus docemur in illis apertio-
nes minore cum periculo fieri. Aperto autẽ,
vt oportet, vulnere (vt diximus) Chirurgi de-
tecta membrana santalũ, quod vocant, appli-
care solent. Est autem serici simplicis rubei
frustulum detectæ membranæ magnitudine:
quòd nonnulli oleo tantùm rosato imbutum
calidum imponunt: alij verò mel rosatum ad-
dunt. Sunt qui tantùm melle rosato imbuant,
veriti ne olei humiditate corrumpatur, &
putrefiat membrana: inferciunt etiam tu-
rundas, & linamenta, vt tota vulneris ca-
uitas impleatur. Alij suis digestiuis, vt ap-
pellant, de quibus suprà iam mentionem fe-
cimus, alij Maced. vel Basilicone, alij ce-
roto aliquo ex emplastr. de Betonica soluto,
& in formam vnguenti cum oleo rosato re-
dacto vtuntur. Debet enim ex Hippocr. sen-
tentia denudata membrana illicò expurgari,
& exsiccari: ne temporis diuturnitate intu-
mescat, & putrefiat. Postquã verò phlegmo-
nis tempus præterierit, ad sarcotica & deter-
gentia progrediuntur: & vulnus tandem ci-
catrice obducunt, quòd fit Cephalicis, & ex-
siccantibus medicamentis, vt suprà diximus.

Cæte-

Cæterùm non alienum erit, si medicamentorum quorundam capitis vulneribus cum cranij fractura vtilium descriptiones proponamus. Ac primùm ea quæ statim ab initio & primo apparatu, detectæ meningi imponi debent, describamus.

℞. mellis rosati ℥.ij. olei luteorum ouorum ℥.j. misce, & ex eis santalum (sic enim cõsueto vocabulo appellare lubet) intinge vel linamenta, & calida membranæ impone, vel si ἐυπόειστον medicamentum habere velis,

℞. mellis ros. ℥.ij. olei ros. ℥. j. terebinthinæ lotæ ℥.s. misce & santalum imbue.

In tertio, aut quarto apparatu, nequaquàm oleo ros. vel ouorum vtendum erit, sed melle rosato, & oleo hyperici simplici mixtis, partibus æqualibus. Vbi dies septima, aut vndecima præterierit, sequentia remedia meningi detectæ applicanda erunt.

℞. mellis rosati ℥.ij. terebinthinæ ℥.j. aquę vitæ guttas 10. misce omnia simul, & calefac in lance, ac santalum intinge, & linamenta tenuissima, calidaque meningi impone. Semper autem propè adsit vas carbonibus accensis plenum, ne frigidus aër ingrediens noceat.

Ad idem proditioribus.

℞. mellis ros. ℥. ij. olei myrrhæ ex descript. nostra ʒ.s. olei terebinthinæ per Bal-

neum destill. cum aqua vitæ ℥ j. misce & vtere, vt suprà: modò pars phlegmone non tentetur. Hoc medicamentum commodissimum est ad membranam ab omni putredine conseruandam, & cranij fracturis aptissimum.

Interim verò vtendum erit initiò vnguento magistrali, à nobis descripto, suprà pag. 63. quod circum ossa colloca bis, eoque vulneris cauitatem replebis, & linamenta imbues: omniaque insuper eiusdem materiæ emplastro conteges. Calcinatum magnum Paracelsic. ad illud etiam est efficax. Interim pro abstersione vulneris, sequentibus vtendum.

Pro gregariis.

℞. myrrhæ, sarcocollæ, irid. florentiæ an. ℥ ij. mumiæ ℥ j. s. vtriusque aristoloch. an. ℥ j. farinæ orobi ℥ ij. s. mellis ros. & terebinthinæ lotæ aqua betonicę an. q. s. ad vnguenti consistentiam: vel

Pro ditioribus.

℞. vnguenti de pæto nostræ descriptionis ℥ iij. olei myrrhæ ℥ iij. olei succini per descensum destillati & purificati, vt docebitur ℥ ij. puluer. rad. aristol. ℥ j. misce & vtere vt suprà.

Tecta iam meninge, tunc maiore exsiccatione opus erit: ideoq; ad ℥ j. præscriptorum vnguentorum addenda erit vna aut altera drachma præcipitati nostri dulcificati: tum vt

vi

vi ipsius ossis particulæ fractæ faciliùs decidant: tùm vt hypersarcosis, siue excrescentia carnis prohibeatur: quo medicamento vsque ad finem perfectæ curationis, & cicatricis inductionem vtendum erit. Contegenda autem omnia erunt emplastro de heronica, aut de gratia Dei, vel Diadictamno à Galeno descripto, vel sequenti,

Emplastrum cephalicum optimum.

℞. succi peruincæ, chelidon. & consolidæ maioris an. ℥ j. mumiæ, myrrhæ, sarcocollæ, ireos an. ℥ j. rad. aristol. rotundæ ℥ s. succin. flaui in pul. tenuissimũ redacti ℥. ij. s. terebinth. & mel. an. ℥ ij croci martis subtilis. ℥. i j. ceræ q. suff. vt formetur emplastrum.

Ad inflammationem verò sedandam vtile erit primis diebus partes vulnus ambientes oleo rosato irrigare: applicanda etiam erunt puluiscula, & ligamenta, quoad eius fieri poterit accommodatissima. Frigidus aër, tanquam eiusmodi vulneribus nocentissimus omnibus modis vitandus erit.

Victus ratio sit tenuis: in qua vini vsus periculosissimus, vt & reliquorum omnium ciborum, halitus & fumos parientium. Nec sunt prætermittendæ euacuationes, cùm per sanguinis missionem, tùm per inferiora, si opus videatur. Semper autem memoria tenenda erit Hippocr. sententia asserentis nullum, *lib. de vul. cap.*

ne minimum quidem, capitis vulnus spernendum, etiam si sola cutis læsio adsit: propter varia & magna symptomata, quæ interuenire solent. Itaque summa cum prudentia prognostico vtendum erit, ad calumnias (quibus plerumque ij qui medicinam tractant obnoxij sunt) vitandas.

Signa & iudicia. Sunt igitur metuenda maximè vulnera cõmissurarum, magis etiam quæ parti anteriori capitis ac temporum, & ad latera, quàm quæ reliquis locis, vt puta, occipitio infligũtur: quod & Hippocrates testatur. Ac quò maior erit ossis quassatio, eò vulnus magis periculosum, vbi præsertim læsæ sunt meninges: vulnera enim ab eiusmodi machinis tanto cũ impetu fiunt, vt non solùm id quod attingũt, conterant, sed etiam partes vicinas, atque adeò remotiores conuellant: hominemque attonitum ac propè exanimatum reddãt: quod pessimum est iudicium. Quæ omnia eò diligentiùs animaduertenda sunt, quò meliùs remediis vtaris, certiusquè de rei euentu amicos ægri commonefacias.

Hi quorũ vulnera lethalia sunt, aut statim moriuntur, aut non diu superstites sunt: prout vulnus vel magnũ fuerit, vel in periculosum locum inciderit. Interdũ qui minùs læsi sunt (sed mortiferè tamen) si febri corripiantur, septimo die moriuntur, vel 11. vel 17.

Mor-

Mortis proximæ iudicia sunt hæc: vulneris color liuidus, sanies fœtida & exigua, os subnigrum, pustulæ in lingua apparentes, oculorum denique rubor: sed & alia quædam, quæ ex Hippocrat. scriptis lib. de vul. cap. colligere licebit. His accedit instante morte delirium, & conuulsio. *Signa mortis.*

De faciei plagis cum ossis contritione.

CAP. II.

TRactis aliis capitis ossibus, vt eo quod Basilare dicitur, vel ambabus maxillis, nullo alio vtendum remedio, præterquam congruenti obligatione vulneris, & eorum applicatione, quæ contritis ac contusis ossibus adhiberi solent. Elicienda ergò erunt omnia extranea, etiam primo apparatu: vtpote glans, si inhæreat, atque adeò ossium particulæ à toto prorsus separatæ, & quæ facilè eximi poterunt: alioqui spectandum erit, donec natura sua sponte illa depellat, ea parte, qua glans ingressa est, vel quà exierit, quæ iuuanda erit à Chirurgo remediis consentaneis à nobis iam lib. 1. descriptis. Quòd si fortè vulneris labra ad extraneorum extractionem, vt pote ossium confractorum, non satis aperta sint, amplificanda erunt spõgiis præparatis, ac

tùm demum ferro, si res postulet. Cæterùm non alienùm facturus videor, si aliquam deformitatis, quæ propter huiusmodi vulnera remanet, mentionem faciam: cuius magna est habenda ratio, præsertim eius quæ in facie relinquitur: hominem enim turpiorem reddit, maximeque omnium oculis patet, quùm facies detecta esse soleat. Si igitur ita è propinquo vulnus inflictum sit, vt barba cutisq; comburantur, recurrendum erit ad medicamenta quæ combustioni conuenire iam docuimus. Inter cætera vtilissimum est sequens remedium, pustulas enim prohibet, ac pilos gignit, vt à magno quodam viro, qui se id expertum esse asserebat, didici:

Εὐπόριστον.

℞. succum ex porris, sub prunis coctis expressum, quo partem ambustam, & pilis denudatam quotidie ter quater inunges.

Aliud ad idem probatum.

℞. succi porror. & cæparum sub prunis coctar. an. ℥.ij. aquæ seminis ranarum ℥.j. olei è viscо pomorum & popul. ceræ albæ an. q. suff. ad linimentum conficiendum, quo bis quotidie partem vstam & depilatam inunges.

Si fortè pulueris tormentarij granula, vt sæpe accidit cuti inhæreant, acus maiusculæ cuspide primùm, quantùm fieri poterit, vel alio instrumento extrahēda erunt, deinde superpo-

perponendum quod sequitur linimentum.

Pro gregariis.

Butyrum liquefactum in aquam ex ranarum semine extractam iniice, aut in aquam gammarorum more nostro paratam, id decies aut sæpiùs repetendo donec butyrum lactis instar albescat. Eius ita præparati ℥. iij misce cum ℥. j. olei luteorum ouorum ex nostra descriptione: fiat linimentum, quo partem puluere maculatam inunges, est enim ad id singulare remedium, vt & ad ἐμπύρευμα partis ambustæ tollendum.

Aliud ad idem excellentiß. pro ditioribus.

℞. olei lithar. ℥. s. aquæ ex gammaris extractæ ʒ. ij. balsami saturni ʒ. j. aquæ foliorum nymphææ ʒ. iij. butyri præscripti q. suff. vt fiat linimenti instar.

Post ambustionem autem facies est lenienda sequentibus ter aut quater in die.

Vnguentum faciem ambustam leniens.

℞. vnguenti citrini ℥ ij. spermat. ceti ʒ. j. olei rosarum & liliorum an. ℥. s. misce.

Aliud præstantius.

℞. vnguẽti pomatæ ℥. ij mucilag. sem. psyllij cum aqua rosarum extracti ℥. j. caphuræ ℈. j. olei amygdal. dulcium ℥. s. misce.

Porrò ad cicatrices elatas & rubentes sequenti medicamento vtendum erit.

℞. olei litharg. ʒ. ij. olei tartari & balsami

saturni an. ℥.j. capuræ ℈.j. spermatis ceti ℥. j. olei ouorum ℥. ij. misce, vtere quater quotidie.

Ditiores oleo talci ad omnes maculas delendas omnium prestantissimo, vtentur.

Si fortè propter os exemptum vulneris labra corrugentur & occallescant, quod cicatricem fieri prohibet, recurrēdum erit ad ea, quę paulò pòst singulatim de iis dicturus sum. Hæc igitur de capitis vulneribus cum fractura dicta sufficiant.

De vulneribus quibus brachiorum aut tibiarum ossa rupta sunt.

CAP. III.

CÆTERVM huiusmodi vulnera, quibus ossa rumpuntur, imponuntur sępe brachiis, aut femoribus, aut tibiis: partim quia globuli tormentarij faciliùs ossibus illis, vtpote grandioribus, occurrunt: partim quia mēbra illa plerumq; armis nudata sunt. Quū igitur aliquis huiusmodi vulneribus affectus nobis oblatus erit, diligēter erit nobis digito, vel specillo tentandum, atq; explorandum, quomodo ruptum os fuerit: ac tùm prę sertim, quùm vulnus humero vel coxendici inflictum est, propterea quod ossium fractu-

ra

ra in illis membris admodum periculosa esse solet: quippe, quæ propter extensionem, musculos, & neruosos partes offendat: ac proinde magnas inflammationes inferat, magnosq; dolores, & conuulsiones, aliaque grauissima symptomata: ex quibus plerumque interitus consequitur, nisi maturè remedium adhibeatur. Horum autem remediorum duo sunt genera: vnum miserabile, & luctuosum, sed tamen ad reliqui corporis salutem conseruandam necessarium: amputatio videlicet sauciati membri, quùm ita læsum atq; affectum est, vt nulla medicinæ faciendæ spes supersit. Verùm huius extremi in extremo malo remedij diiudicatio nequaquã gregalibus quibusdam Chirurgis committenda est: qui sibi honestissimum illud nomen tribuunt, simul atque incidendi, amputandi, lacerandi, & (vt veriùs loquamur) dilaniandi rationem didicerunt. Neque aliud habent remedium præter serriculam, cauteria quædam, quibuscum confidentiam afferunt, quam animi præsentiam appellant: quam equidem pernicioſissimam esse iudicio, nisi cum prudentia, & iudicio coniuncta sit: præsertim qui per magna sæpe incommoda, nonnunquam etiam luctuosos interitus ex illa nimia confidentia & carnificina accidere viderim. Verùm vbi morbi magnitudo, & grauitas diligenter per-

ſpecta fuerit, exploratumq; partem affectam aliis nullis remediis in priſtinam valetudinem reſtitui poſſe: tùm verò iure optimo adducentur ij, qui prudentia & moderato ingenio præditi ſunt, & harum rerum vſum ac peritiam aſſequuti, ad vlterius progrediendum: actùm præſertim, quũ inflammationes, aliaque ſymptomata nondum contigerunt: præcidendumq; membrum erit, ſi facultas ferat, vt reliqui corporis ſalus conſeruetur, poſteaquam Chirurgus ea denunciarit, ac proteſtatus fuerit, quæ prædici neceſſe eſt. Neque dubitandum eſt, vbi humerorũ aut coxendicum oſſa rupta erunt (quod magna cum muſculorum dilaceratione accidit, itemq; neruorum, aliarumq; partium, vnde repentinæ conuulſiones, inflammationes, gãgrænæ, vniuerſiq; adeò interitus cõſequi poſſunt) quin diligentia tanta in præcidendo requiratur, quantum periculum apparet. Nam ſi è veterum Medicorum numero reperti ſunt, qui rupturæ horum oſſium manum vllo modo admoueri vetabant, alij iubebant ſaucium membrum penitus exſcindi, etiam quùm oſſa paululùm extrinſecus eminebant: ecquid, quæſo, nunc dicerent, quùm viderent horribiles rupturas, quę poſt furiale ac diabolicum iſtud bombardarum inſtitutum accidere conſueuerunt? quod inſtitutum multorum artibus cõſceleratis

Hippoc. lib. de fract. Celſus lib. 8. cap. 10.

ratis ac nefariis ita indies augetur, vt iam propè neque ab armis, & tegmentis corporis, neque ab vllo medicinæ genere comparari remedium possit. Quantùm autem ad illud luctuosum remedium attinet, nimirum abscissionem membri, commodiùs erit, de eo, sub ca. de Gangræna & sphacelo differere. Nam in præsentia veniendum est ad alterum remedium vtilius ac salutarius, quod per manualem (vt loquuntur) operationem exquiritur: quod q; modis omnibus tentandum est: quemadmodum iam inde ab huius capitis initio demonstrauimus. Ad hanc rem Chirurgi plerumq; duplicem sibi intentionem (vt appellant) proponunt, quarum vna rupturæ rationem habet, & magna ossium fragmenta iubet suam in sedem, locum q; restitui, quantùm facultas ferre potest: tũ vbi restituta sunt, iubet vniuersam compaginem fasciis obligari, & comprimi, quæ necessariis medicamentis tinctæ, ac madefactæ sint, vt incommoda, quæ accidere possent, prohibeantur, ad extremum etiam ferulas adhiberi, quas nonnulli etiam in primo apparatu comprobant, quo firmior compactura reddatur, quã omni ex parte non dissoluunt: sed vel laxant, vel constringunt, prout res postulat, idq; vsque ad diem quadragesimum: nisi fortè aliud flagitent pruritus, inflammatio, dolor, aliaque

incommoda: quibus tamen mederi conãtur, adhibita commodissima ratione victus, aut sanguinis missione, aut purgatione, aut medicaminibus topicis, quæ idonea videntur.

Altera intentio rationem habet vulneris, vetatque illud contegi, & inuolui fasciis ad fracturam ossium accommodatis: propterea quòd frequentem curationis renouationem postulat, vt excrementa & aduentitiæ quædam sordes (quas natura reiicit) exitum reperiant: ob eamque ipsam caussam confestim nonnulli setonem (vt appellant) adhibent: si per vulnus traiici commodè possit, quem medicaminibus idoneis inungũt: alij vsu turundarum contenti sunt, & vulneris labra paululùm dilatant, si res postulet, ac præsertim inferiora, quò facilius omnia superuacanea & sordida dilabantur: atque ita partes affectæ tractabiliores, & ad curandum habiliores reddantur. Quas turundas indies ac sensum eò breuiores faciunt, quò magis vulnus curatur, nouaque caro adnascitur: eamque ad rem idoneis vtuntur medicamentis aduersus ictus sclopetarios, fracturis ossium complicatos: de quibus in priore tractatu disseruimus. Atque ad extremam complendam intentionem hoc potissimùm spectant, vt præcipiant, tantisper dum callus conficitur, bonis & succulentis vti cibis, sed præcipuè coagluti-

nan-

nantibus: idq; tùm maximè, quùm ea vulneris ratio & conditio est, vt ad ossium consolidationem propendere videatur. Hanc viam & rationem plerique Chirurgi hodie tenendam censent, in huiusmodi vulneribus, quibus ossa fracta sunt. Quod illorum consilium non magnopere probare non possem (præsertim quùm præstantissimos viros in eadem sententia consentientes habeant, qui hanc eandem viam & rationem vsurpant) nisi res & experientia ipsa me perspicuè docuissent, ac planè sub oculos subiecissent innumera incommoda, quę ex ferulis & arctioribus illis vinculis accidunt. Frequenter enim symptomata inducunt, dolores, inflammationes, & gangrænas, quibus hæc vulnerum genera plerumq; obnoxia sunt. Quinetiam exhalationes prohibent eorum humorum, qui in iis abundant, & plerumq; naturalem colorem suffocant: atque adeò grauium symptomatum notitiã impediũt, prohibentque ne tàm facilè ipsis remedium adhibeatur, quàm res ipsa flagitat: nisi fortè admodum ferò, quùm necessitas cogit vincula illa orbicularia, & obliqua dissoluere: hoc est, tũ fortasse, quùm illa incõmoda adeò inueterata erunt, vt non tàm cõmodè per remedia coërceri possint, quàm facilè fuisset, si maturè, ac tẽpori prospectum illis fuisset. Quare vul-

gares & vsitatæ ligaturæ simplicibus fracturis conuenientes, in plagis quæ ossium fracturam habent, meo iudicio, adhiberi sine periculo non possunt: ac præsertim iis, quæ sclopetariis ictibus infliguntur: quamuis fracturis illis complicatæ sint, vt ex superioribus argumentis existimari potest: quam ad rem attentum esse Chirurgum oportet, ne quid temerè & imprudenter admittat, cuius eum nimiùm serò posteà pœniteat. Cæterùm optimum fore iudico, si statim ab initio ossa in suam sedem, locumque ac naturalem formam, & eam quæ sauciatum minùs cruciabit, restituantur: etiam antequam inflammatio affectum membrum inuaserit: atque vtendum esse censeo veris & idoneis remediis, quæ vtrique affectioni conducant, hoc est, plagæ & fracturæ. Et quoniam idem illud vidi obseruari à peritissimis & nobilissimis Medicis, quos cùm aliis locis, tùm etiam apud Germanos notos habui, non prætermittendam putaui eam artem, quam in vulneribus cum fractura ossium curandis tenere ac sequi consueuerunt: præsertim quùm illam sclopetariis vulneribus iccircò aptissimam esse iudicem, quòd ligaturas illas arctiores & vsitatas, non aliam ob caussam improbem, nisi ob dolores, inflammationes, gangrænas, quæ propter illas consequuntur, quibusque vulnera

vulnera sclopetica præter cætera omnia, obnoxia esse iam diximus. Postquam igitur vulnerati loci ossa in suam naturalem sedem restituta erunt, & membrum suo loco idoneè collocatum, curataque plaga, vt res postulabit, extendendum erit Cerotum, quod sequitur, super linteo priùs oxyrhodino madefacto: ac tùm adhibendum erit vulneri propterea quòd fracturis omnibus opportunissimum est.

℞. resinæ, ceræ an. ℔ j. puluer. cort. tiliæ ℥. iij. succi geranij ℥. iiij. coquantur ad ceroti consistentiam, & apponatur.

Aliud quo ipse semper vtor.

Catagmaticum Quercetani.

℞. gummi rad. consol. maior. & visci pomorum & popul. an. ℥. iiij. succi geranij ℥. vj. lapid. sabulos. Rhenens. vel argill. rub. aut boli Armenæ ℥. iij puluer. cort. tiliæ ℥. ij. vitellos ouorum 20. terebinthinę ℔. s. olei lumbricorum ℥. iij. coquantur omnia bene permixta, vsque ad ceroti consistentiam: aptissimum est remedium ad vulnera fracturis complicata, atque ad arcendos dolores, inflammationes, aliaque symptomata. Commouendum autem erit xxiiij. horarum interuallo ad primos apparatus, ac paucorum dierum spatio mirabiles effectus in fracturæ consolidatione perspicies. Interea applicanda erunt in ipso vulnere, & ipsius ambitu remedia ido-

nea,& defensiua,de quibus superiùs commemorauimus. Porrò danda erit opera,vt pars affecta idoneè locetur, & inuoluatur lamina plumbi,instar tibiæ aut brachij inflexa, vt opus videbitur: aut coriò elixo, cui corrigiæ alligabuntur, quibus ossa quæ priùs cogmẽtata fuerint,firmiùs contineantur: quæ certè, quam minimùm fieri poterit,labefactari, aut sua sede commoueri oportebit, tùm, quùm saucius curabitur, & vincula illa dissoluẽtur. Interea vtendum erit potionibus vulnerariis ad hanc rem aptissimis: quarum opera vidi fracturas sanari, posteaquam ossa suam in sedem restituta fuerant. Idque potissimum in Germania obseruari vidi:ac memini me Reystadij non procul à Rheno didicisse, loci eius incolas vti lapide quodam, qui in illa vicinia nascitur, & ab effectis Beinbruch appellatur. Vnam enim illius drachmam in vino rubro exhibent, in quo priùs vinca peruinca madefacta fuerit per noctem, idq; manè, per dies quatuor aut quinque: atque hac ratione dolores eximunt,grauiaq; symptomata, fracturasque intra quatuor aut quinq; dies sanant, magna cum omnium admiratione: cuius rei oculatus ipse sum testis, eiusquè rei Mattiolus in commentariis suis mẽtionem facit. Eodẽq; lapide vti præterea solent in formã cataplasmatis redacto,cũ geranio cõtuso, & oleo

lib.5.ca. 119.

oliuarum

oliuarum vel rosato, tã fœlici successu, vt sine vllo dolore, ac inflãmatione, partis ossa coagmẽtentur: quod incredibile videri posset, nisi prẽter me innumerabiles alij oculati & idonei testes constarẽt. Quamobrem cõiecturam facio, genus illud medicaměti ad hæc sclopetaria vulnera fracturis ossium complicata esse accõmodatissimũ. Magna enim iã operis pars effecta est, quũ ossa cõfracta tã facilè, & tàm breui tẽpore sanantur, sine vllo symptomate: præsertim quũ id non prohibeat nos vulnus, tanquã cõtusum, & quemadmodũ decet, tractare: quinetiã viam nobis compendiariam ad breuem curationem patefacit, & ad sauciatũ subleuãdum accommodatissimam. Sed quoniam non vbique lapidis illius copia est (cuius tamen recondita apud se fragmenta pharmacopolas habere deceret) vtendũ erit eapotione vulneraria, quã in Antidotario docebimus, ad plagas cũ fracturis sanãdas esse aptissimam: cuius formulam in cap. de Potionibus vulnerariis descriptam inuenies: Interea Catagmatico meo vtẽdum erit renouato, si opus sit, quod ad idem remedium est aptissimum: cui adiungi poterunt (quùm nullus erit ab inflãmatione timor) gummi aut succus Aristolochiæ, serpentariæ, borax, crocus martis ad callum obdurandum & partẽ confirmandam. Quòd si quæ paruulæ essent ossis particulæ,

quas reiici opus esset, tùm hac iniectione vtendum erit:

℞. succi aristolochiæ, serpentariæ, iridis, vincæ peruincæ an. ℥. i. j. vini albi ℥. vj. aquæ vitæ ℥. iij. myrrhæ, sarcocol. masticis, iridis, guaiac an. ℥. j. aloës hep. mumiæ an. ℥. s. caryophyll. ℥. j. circulentur in Bal. iiij dierum spatio, aut decoquantur ad tertiæ partis consumptionem, pòst colentur & asseruentur, vtiis quùm res & tempus postulabit, vti liceat cum syringe, aliove instrumento, vt commodiùs esse videbitur. Hæc iniectio præterquà quòd ad ossium salutem præstantissima est, plagam optimè perpurgat, eamque carne denuò replet, aptissimaque est ad perfectam curationem adiuuandam.

Quòd si forte os corrumpatur, & in cariem degeneret (quemadmodum frequenter vsuenit propter aërem qui per vulnus sese insinuat, & fracturis perniciosissimus esse solet) sequenti remedio vtendum erit, quamuis illud quod superiùs præscripsimus sit maximè consentaneum.

℞. olei myrrhæ destillati per descensum & purificati cũ vini spiritu ℥. s olei caryophyll. ℥. ij. olei sulphuris cum colchotare destillati ℥. j, s. misce omnia, & quùm vti voles, os corruptum bis terve contrectato cum xylo in hoc medicamentum intincto, quod ad extremum

mum ſpecilli alligaueris: actum os à carie ſanabitur, ſimulque quod corruptum eſt, breui dilabetur.

Aliud.

℞. olei tartari deſtillati per retortam, olei guaiaci an. ℥. s. olei ſulphuris, & vitrioli an ℥. j. miſce, & vtere vt ſupra.

Aut,

℞. balſami mercurij ℥ s olei Antimonij ℥. iij. ſalis ſaturni ℥. ij. miſce omnia ſimul.

Nullum hoc medicamento præſtantius, aut exquiſitius exoptari poteſt, magisque ad hãc intentionem noſtram accommodatum: nam etiam vlcera maligna & deplorata ſanat. Interea emplaſtrum illud vulneri, & eius ori ac labris impones, quod eſt ad oſſa corrupta extrahenda commodiſſimum, atq; ad integram vulneris conſolidationem apiſſimum.

Cæterùm ſi fortè oſſis aliquod fragmentum exiturum arbitraris, & vulneris orificium plusquam ſatis opus eſt, anguſtetur, atque arctius nimiò fiat, non erit difficile illud dilatare, adhibitis turundis ex gentiana & ſpongia præparata confectis, ad vitandos dolores, atque inflammationes, ſi fortè vi fragmentum illud euellendum eſſet. Ad hanc rem manuali operationi parcendum non erit: velut inciſioni, raſuræ oſſis cum ferramẽtis idoneis: ſimul etiam cum cauterio actuali,

quod ſummum & extremum eſſe remedium ſolet.

De ſclopetariis vulneribus, quæ per alias corporis partes ſine fractura penetrant.

CAP. IV.

VERVMTAMEN ſi per pectus, aut latera, aut inferiorem ventrem ictus permanet, conſiderandum erit an plaga in cauum ingrediatur, &, ſi ingrediatur, an principalem aliquam partem offendat; vt idonea de vulnere iudicatio fieri poſſit, prout in cap. de ſignis & iudiciis docuimus. Nam ſi corpus non tranſfodiat, non aliud curationis aut tractationis genus poſtulat, quàm id quod generatim & vniuersè ſuperiùs expoſuimus. Sin ſecus euenerit, quædam erunt magis propriè, ac ſpeciatim obſeruanda. Nam ſi in pectus plaga infixa ſit, neque glans totum corpus perfoderit, danda erit opera, vt euellatur: ſimul & alia omnia extranea & aduentitia eximenda ſunt: ac ſummoperè conſiderandum erit, ecquid ſanguinis in capacitatem thoracis influxerit. Quòd ſi acciderit, diligenter educendus erit, collocandumque a que inclinandum ægri corpus in eam partem, quæ commoda videbitur: aliaque generis omnis idonea erunt adhibenda remedia, quæ vſui

ad

ad illud consilium esse poterunt : dilatandumque vulneris orificium, ac tantisper cum hiatu relinquendum, dum res postulabit, quò faciliorem exitum habeat. Hac enim ratione quamplurimis incommodis occurretur, quæ nasci ex sanguinis illius retentione possent: quibus huius generis vulnera maximè obnoxia sunt. Et his casibus potiones vulnerariæ maximo vsui esse solent: sanguinem enim concretum dissoluunt, atque adeò ne coaguletur, impediunt. Eas autem exhibebis ægro, etiam primo quoque die, tùm manè, tùm etiam vesperi: quemadmodum cognosci licebit ex vltimo cap. Antidotarij de potionibus vulnerariis. Reliquam curationem perficies iisdem artibus ac remediis, quæ in sclopetariis aliis vulneribus adhibentur. Vnum illud separatim ac singulariter obseruabis, vt medicamenta (quæ ad canum vulneris ferri non poterunt, ad vim & efficientiam suam expromendam, nisi in formam liquidam redacta sint) varientur, eorumque forma mutetur: fiant que idoneæ iniectiones, prout rei necessitas postulare videbitur. Quas ex iis medicamentis conficies, quæ in priore tractatu nostro præscripsimus. Iniectiones illæ fieri debent per catheterem, quem omnibus aliis instrumentis aptiorem esse comperi, quoniam ad se denuò retra-

hit quòd priùs expulerat, quemadmodum horum remediorum ratio flagitat. Turundas posteà filo alligabis, easque in plagæ concauum immittes, ea longitudine, quæ conuenire videbitur, ad orificium vulneris patens, atque apertum perpetuò retinendum: vt quùm interior pars purgata & mundata fuerit, carne sensim adnascente repleatur, priusquam hiatus coalescat, ne alioqui putredini exitus intercludatur. Porrò dum ægr curabitur, vitandus est aër frigidus: vtpote his malis incommodissimus. Si vtraque ex parte hiatus sit, turunda erit vtrimque imponenda: eoque diutiùs apertum orificium illud retinebis, per quod putredo & sanies faciliorem exitum habere possit. Quòd si aliquo callo fortè obducatur (vt accidere solet) adhibendum erit remedium, quod posterius magis idoneo loco explicabitur. Quantùm ad victus rationem attinet, ea seruanda erit, quæ in alterius generis plagis præscribi solet: frigida nimirum, sicca, & tenuis. Ab acribus sanè & astringentibus cibis temperandum erit: idque præsertim ab initio, quoniam tussim commouent, & angustæ respirationi caussam præbent, quæ frequenter miseros ęgrotos in hoc vulnerum genere discruciat. Ex cõtrario pectorica magnopere conducunt: veluti ficus, vuæ, hordeũ mundatum, & cæteta generis eiusdem. Sanguinis

guinis missio magno quoque vsui esse solet: itemq; vacuatio per clysteres, & alia remedia, si corpora sint cacochyma.

De vulneribus inferioris ventris.

Eadem hæc etiam in ventris inferioris plagis erunt obseruanda: quarum curatio nō est absimilis aliarum, quas in cæteris sclopetariis vulneribus præscripsimus, quanquam his potiones vulnerariæ maiori sunt vsui, propterea quòd in his partibus ad quas profluūt, commodiùs vim & efficientiam suam expromunt. Miscendæ autem hæ potiones erunt, prout intētiones postulabunt, eoq; plus corroborantium adhibēdum erit, si qua pars nutritionis ostensa fuerit (veluti iecur, aut lien) quam etiam fomentis extrinsecus adhibitis tueri oportebit. Interdum etiam curantur hæ plagę admotis idoneis clysteribus, quū partes inferiores attingunt. Quòd si per corpus permanent, & dorsi spinam attingant, vtendum erit iis medicamētis, quę aduersus capitis vulnera præscripsimus. Idemque iudicium statuendum erit, si fortè medulla è spina dilabatur, quod de reliquis statuitur.

Porrò quoniā sæpenumerò accidit, vt ictus à superiore parte in inferiorem ferantur, & in membrum aliquod penitus immittantur, neque tamen glans exeat (qua de causa exitum habere putredo & sanies non potest) consideranda erit, an sine periculo possit in inferiore

parte exitus aperiri. Quod faciliùs effici poterit, si digitis glans sentiri possit, quam eadem ratione multò commodius educere poterit quemadmodũ iam antè à nobis dictum est, quùm de extraneis & aduentitiis rebus extrahendis agebamus. Quòd si hoc fieri non possit, tùm vtendum erit compressionibus & ligaturis arctioribus, vt hac ratione putredo faciliùs effluat, quùm versus superiorem partem comprimendo impelletur. Iniectiones ad has sinuosas plagas sunt accommodatissimæ: quoniam alia medicamenta vsque ad illarum intimam partem ferri non possunt: dandaque opera erit, vt quam minimum illarum iniectionum intus relinquatur, atque quod residebit eadem syringe qua iniecisti, retrahas. In hoc vulnerum genere turundæ ex spõgiis præparatis aptissimæ sunt: quoniam putredinem eliciunt, eaque imbuuntur, vulnusque exsiccant. Et quoniam persæpe os vulneris obdurescit (quæ res perfectam consolidationem impedit) sequentibus remediis vtendum erit. Sunt enim & ad hæc incommoda, & ad omne fistularum genus aptissima: neque ferramentorũ vsu opus erit: quod extremum remedium vulgares Chirurgi adhibere consueuerunt.

Ad Callum & Fistulas curandas.

℞. olei mellis destillati ignis expressione

ʒ.ij. olei Saturni & Mercurij sublimati an. ʒ.j. olei caryophyllorum & petrolei an ʒ.j.s. excipiantur terebinthina, & apponantur cum ellychniis aut turundis parti affectæ.

Aliud optimum.

℞. Antimonij ʒ.iij. mercurij sublimati ʒ.j. s. mellis ʒ. vj. mixtis omnibus vt artis est, destillentur per retortam vitream mediocri igne, exibit oleũ ad calloſa & maligna omnia vlcera, fistulas, cancrum, & gangrænam curandam præstantissimum.

De Symptomatum quæ hisce vulneribus occurrunt correctione.

CAP. V.

SÆVIORIBVS symptomatis, quod vires nimioperè conuellant, aut etiam prosternant, inprimis diligenterq; succurrendum, morbi etiam propria cura prætermissa, omnes Medici ingenuè fatentur. Atque ea quidem symptomatis curatio est, non quâ symptoma, sed quâ aut virium labefactarum, aut grauioris cuiusdã affectus causſa exsistit. Dolor enim excrucians, intemperies, phlegmone, febris, conuulsio, paralysis, gangræna, sphacelus, quoniam grauia, nimiumque infensa & periculosa sunt symptomata, quæ

ista præsertim vulnera comitantur, lenienda ac tollenda prius sunt, quòd & vires debilitent, & morbos periculosiores ingenerent, atq; tunc ipsa methodus immutanda est, ne violentia symptomatum illorum laborans iuguletur, aut saltem ne ipsorum sæuitia crudeliùs ipse torqueatur. Atque primùm eo auspicanda erit curatio, à quo ægro periculum impendet, in eamq; primùm medentis consilium dirigi debet. Nunquàm enim ad integram curationem perduci poterunt illa vulnera: nisi eiusmodi symptomata priùs arceantur. Itaque operæpretium duxi idonea methodo & ordine singula pertractare, & singulis sua quæ conueniunt remedia paucis præscribere.

De dolore.

Dolorem lenimus anodynis vel paregoricis medicamentis, quæ temperata existunt, corporiq; nostro consimilia, vel ordine primo calida, tenuisq; substantiæ, idque fomentis & linimentis.

Fomenta parantur ex decocto radicum althææ, capitis veruecini, maluarum: ex floribus verbasci, chamæmeli, meliloti: sem. lini, fœnigræci cum lacte.

Linimenta autem fiunt ex mucilaginibus seminum psyllij, fœnigræci & althææ: ex butyro, axungiis gall. & taxi: ex œsipo & oleo viſci

viſci pomorum.

Narcotica etiam dolores leniunt, quòd inducto ſtupore partis ſenſum obtundant, torpidioremque reddant, vt doloris vrgens cauſa minimè percipiatur. His vtimur quùm dolor acerbior vires diſſoluit, ſyncopesque metum affert, & ex nimia inflammatione ſuboritur.

℞. radicum hyoſcyami & nymphææ an. ℔. s. digerantur ad ſolem in aceto roſaceo & oleo nenupharino per aliquot dies: deinde exprimantur, & ex colatura locus dolens tepidè foueatur.

Inungatur poſteà ſequenti linimento.

℞. ſucci foliorum hyoſcyami & ſemperuiui an. ℥. ij. olei viſci pomorum, & nenupharis an. ℥. j s. butyri recentis ℥. ij. ceræ nouæ ℥ j. miſce, fiat linimentum.

Hoc ſtudiosè Medico ſemper obſeruandum, vt doloribus præcauendis ſedulam operam adhibeat: ſemper enim aliquid mali portendunt. Et hæc de dolore ſufficiant, ſuperiùs enim iam multa remedia ad hanc intentionem præſcripſimus.

De intemperie.

Si intemperies calida affectũ locum obſederit, quod ex dolore & veſicatione facilè deprehendes, affectum locum infrigidabis vngẽto nutrito, vel caphurato albo cum popu-

leone. Sequens multùm proderit.

℞. ſucci plantaginis, ſolatri, ſemperuiui an. ℥.j. boli armenæ ℥.s. lithargyri loti aqua plantaginis, & tuthiæ præparatæ an. ℥. j. olei roſ. omphac. & nenupharis an. ℥. ij. aceti roſacei & ceræ tantillum, vt fiat vnguentum.

Porrò ſi intẽperies frigida adſit (quã mollities oſtendit) corrigitur vini fomento cum quo anethum, ſemen lini & flores chamæmeli decoxeris. Ex quibus etiam parari poteſt aliquod cataplaſma. De hæmorrhagia nullam iccircò mentionem facimus, quòd de illa iam ſuperiùs ſatis ſuperque tractauerimus.

De Febre.

Ne febris ſuperueniat, ſtatim de principiò occurrendum erit: ipſamque cohibere oportet victus ratione tenui & frigida, venæ ſectione, & medicamentis humores peccantes purgantibus. Quod ſi etiam vigente morbo (quod ſæpiùs euenire vidi) febris vulneratos corripiat, humores erunt conuenienti aliquo apozemate concoquenti, & denuò purgandi. Cui rei ſummam curam & diligentiam impendere debet Medicus, omnibusque modis iuuandus æger, ne morbi acerbitate interitus ſubſequatur.

De conuulſione.

Conſtat inter medicos conuulſionem tribus fieri modis: ſcilicet inanitione, quod accidit

dit ſuperfluis ac copioſis euacuationibus, & immoderatis hęmorrhagiis, quã periculoſam teſtatur Hippocrat. Aphor 3. lib 5 tùm repletione ſiue plenitudine, quod contingit propter tumores præter naturam, quiin vulneribus de repente euaneſcunt: & propter immoderatum frigus, quod neruos in vnum cogit, cohibet atq; implet: quod Hippocrates etiam Aphor. 17. lib. 5. expreſſit: tùm cerebro per cõſenſum affecto ratione doloris, quùm vel neruus punctus eſt, vel quùm acres, mordaces, & venenati humores naturam permutãt ac corrumpunt: vnde dolores Hippocr. etiam auctore excitantur, ex quibus propter ſenſus vehementiam conuulſio exoritur.

Conuulſio ex inanitione.

Conuulſioni autem ex inanitione ſic medendum erit: primò inſtituatur victus ratio humectant, nutriaturque æger ſorbitionibus ex lacte amygdalino, hordeato, aut iure aliquo competẽti. Paretur balneum in quo humectantia quædam & lenientia decocta ſint, vt ſunt capita & extremitates veruecum: item rad. althææ, maluarum, violarum & viſci pomorum folia, quod (niſi hoc vulnus impedit) æger ingrediatur, vel ſaltẽ pars affecta foueatur. Deinde liniatur oleo viſci pomorum & violarum, vel aliquo vnguento ex prædictis parato. Et quoniam hic affectus, ſi cõfirmatus ſit, & cum neruorum ſiccitate, incurabilis Ga-

len. habetur lib. Meth. med. septimo, ad præstantiora remedia confugiendum est, nempe ad tincturam auri & balsami naturalis: nam si qua supersit salutis spes, in illis duobus iam commemoratis consistit.

Conuulsio ex plenitudine.

Quòd si conuulsio ex plenitudine fiat, curabitur victu tenui, primis saltem diebus exsiccante & calefaciente: vitanda tamen vini potio, quòd fluxiones prouocet, & neruis noceat. Vini autem loco exhibēdum hydromel maluaticum, aut aqua cinnamomi. Tum demum euacuatione partim à toto corpore, mittendo sanguinem & commodè purgando: partim ab ea parte quæ conuellitur, quod fiet vnguentis Agrippæ, Aregonis & Marciati: oleis castorei, vulpis, lauri, & similibus: quibus abundè repurgato corpore ceruix & vniuersa spina, itemque affectus locus inungi poterit. Sed sequentia mihi vtiliora videntur.

℞. axungiæ cerui, taxi, vrsi an. ℥. j. olei laurini ℥. j. s. olei vulpini, castor. terebin. iunip. lumbric. an. ℥. s. vnguent. Agrip. & Dialth. an. ℥. ij. terebinth. in aqua liliorum lotæ ℥ j. euphorbij ℈. j. cum modico cerę, fiat vnguentum: vel

℞. resinæ, picis naualis an. ℥. j. colophoniæ & cæræ nouæ an. ℥. ij. olibani, mastiches, ceruſæ an. ℥. s. salis nitri, sang. draconis, terebinth.

binth olei ros. salis ammoniaci, olei vitell. ouorum an. ℥.ij. caphuræ. ℥.j. matris perlarum ℥.j. carabes ℥.j.s. magnetis ℥.s. vitrioli albi ℥.ij. fiat emplastrum secundùm artem.

℞. balsami gummi elemi & hederæ an. ℥. ij. oleorum ceræ terebinthinæ, & iuniperi destillatorum modo chymico an. ℥. s. olei caryophyllorum & benioini an. ℈. ij. misce, & fiat in formam linimenti, quo inungatur spina dorsi & pars affecta: vel

℞. balsami visci pómorum, hederæ & hypericonis an. ℥. ij. olei saluiæ & terebinthinæ an. ℥.j. olei iuniperi ℥. s. olei tartari fœtentis ℥. iij. axungiæ taxi ℥. iij. misce: vtatur vt iam dictum est.

Interim vtatur sequentibus assumptis.

℞. aquarum lilij conuall j & iuniperi an. ℥. j. olei succini ℈. s. fiat mixtura: vel

℞. aquæ cinnamomi & florum tiliæ an. ℥ j, olei iuniperi per ebullitionem aquæ extracti guttas iiij. olei succini ℈. s. spiritus vitrioli g tas ij fiat mixtura.

Conuulsio per sympathiam.

Porrò si conulsio per sympathiam ratione doloris excitetur, dolor statim prædictis remediis in cap. de dolore erit leniendus. Quòd si ex virus acrimonia, & venenato morsu (quod istis vulneribus plerumque accidere solet) conuulsio efficiatur, ad ea quæ iam de venenatis vulneribus præscripsimus, occur-

rendum est. At si ex nerui punctura, aut incisione morbus contingat, quod etiam vt plurimùm euenire vidi, non ratione ictus sclopetici iam impressi (qui potiùs neruos ipsos cõtundit, quàm pungat, vel incidat) sed Chirurgorum inscitia, qui glandem vel extrahere vel aliqua incisione vti nituntur, plerumque neruos vulnere transuerso offendunt, vnde conuulsio exoritur: præsertim si illos attingunt qui ad musculos perueniunt. Tunc enim, vt tàm graui affectui occurratur, eligenda erunt illa medicamenta, quæ substantia tenui ad imum vsque nerui læsi penetrare possint, vt nos admonet Gal. in libro Artis med. quæque digerant, ac dolores mitigent. At è contrario quæ cruda & frigida sunt, quæque obstruunt, & perspirationem prohibent, vitanda sunt. Idemque Galenus vetat vsum aquæ calidę, tanquam neruis vulneratis aduersissimæ, quòd illorum substãtia ex refrigerata concretaq; humidiore materia constet. Quæ quùm eiusmodi sint, per ea quæ simul calefaciunt & humectant, resoluitur ac putrescit: qua ratione ipsis aduersatur, quamuis alioqui reliquas phlegmonas valde mitiget: cuius rei quosdam monitos esse velim, qui promiscuè curandis hisce vulneribus illo remedio hodiè vtuntur. Quin potiùs oleum iasminum ac præsertim sabinum vetus vtilissimũ esse neruorum

uorum puncturis, scripsit Gal. lib. 6. Meth. med. Idem quoq; & terebinthinã & resinam approbauit, itemque sulphur viuum (quod omnino tenuiũ partium esset) valde cõductu-rum illis vulneribus eodem libro sperauit: sed eò magis olea & terebinthinæ, & resinæ, & ceræ, & sulphuris & sabinæ (chymico modo extracta) proficiũt, quò illa tenuioris multò substantiæ destillatione redduntur: atque sic valentius exsiccare possunt, quod in punctura nerui curatione obseruandum esse scribit Galenus lib. 6. Meth. med. his verbis: Nerui vulnerati curatio medicamenta postulat, « quę & tepidum calorem excitent, & valenter « (sine molestia tamen) desiccare possint. Tùm « quæ ex substantiæ suæ natura, & trahẽdi vim « habeant, & tenuium partiũ sint. Interim hoc « vnũ est obseruãdum, robustis nempe corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora esse adhibẽda. Hac igitur ratione sequẽs remedium commodè administratur.

℞. olei sulphuris terebinthinati, olei sabinæ & terebinthinæ an. ℥. ij. olei vitellorum ouorum ℥. s. misce, & applicetur calidè parti affectæ.

Aliud.

℞. olei butyri, resinæ an. ℥. ij. olei euphorbij destillati chymicè & olei baccarum iuniperi an. ℥. s. olei terebinthinæ ℥. j. s. olei vitel-

lorum ouorum ℥. j. misce.

At si morbus præscriptorum medicamentorum applicatione non vincatur, totus neruus erit præcidendus: præterea enim nullus metus instat ex Gal. sententia, nisi quòd mutila particula manebit. *Lib. 6. meth. med. c. 3,*

De paralysi.

Paralysi siue neruorum resolutioni, quę ex istis vulneribus plerumque etiam accidit, occurrendum & idonea victus ratione, & medicamentis tùm assumptis, tùm etiam admotis: vt fomentis, cataplasm. linimentis, vnguentis & similibus. Alij probant oleũ iasminum, saluiæ, castorei, de lateribus, vulpinum & similia. Conferet autem plurimum, si sequentibus remediis chymicis æger vtatur.

℞. aquarum lilij conuallij & florum lauendulæ an. ℥. iiij. fac cum his decoquatur sacch. ℔. s. ad perfectam coctionẽ: extra ignem adde olei succini flaui per descensum destillati & rectificati ℈. j. s. olei cinnamomi & essentiæ saluiæ an. ℈. s. fiant rotulæ, quibus æger sæpiùs vtatur.

Oleum ad paralysin & contracturas præcipuum.

Probatur autẽ pro topicis oleum sequens.

℞. olei hypericonis ℔ j. terebinthinæ ℔. s. olei laurini ℥. iiij. olei spicæ ℥. j. s. granorum iuniperi ℔. s. castorei ℥. j. euphorbij ℥. ij. caryophyllorum, macis & nucis moscatæ, cinnamomi an. ℥. j. s. florum lauendulæ, saluiæ &

lilij conuallij an. m. ij. mastiches, myrrhæ, thuris an. ʒ.ij. mumiæ ʒ.j.s. pingued. taxi ʒ.iij. digerantur omnia per mensem in fimo, deinde distillentur in alembico æneo secundùm artem. Hoc oleo inungantur membra paralytica & contracta: est enim medicamentum efficacissimum.

De Syncope.

Syncope tanquam grauissimo & mortis finitimo affectui, cui præsertim isti vulnerati obnoxij sunt, aut ex immodica sanguinis profusione, aut ex vehementi cruciatu & dolore, subitò occurrendum: atque spiritus & vires concisæ refouendæ sunt, modico alimento dato interuallis, vt expressionibus, gelatina, distillatis, vino & aromaticis. Pulueres cordiales approbantur vetustioribus ex margar. splend. ras. eboris, ex foliis auri & fragmentis pretiosorum lapidum, qui exhibebantur cum vino aut syrupo conseruationis citri. Nos autem commodiùs vel tinctura auri & corallorum, vel essentiis illorum omnium lapidum vtendum esse censemus: quod ratione iam demonstrauimus in nostro lib. de Med. mineral. spagyr. præpar. in quo illorum etiam omnium præparationem docuimus.

De Gangræna & Sphacelo.

Varia symptomata ac vitia hisce vulneribus succedere scripsimus, quorum tamẽ non

aliud gangræna peius, aut magis deplorandum: quòd sit corruptionis incipientis indicium, quæ oritur secundùm Paulum, vel quia inflammatio non discutitur, neque in pus transmutatur: vel secundùm alios, quùm humorum copia vt in magnis inflammationibus & ingenti obstructione ex emplasticorũ vsu, vt suprà annotauimus, quæ perspirationem prohibet, atque venenata & maligna aliqua qualitate insitus partis calor extinguitur & præfocatur: cuius etiam indicium magnum est sanies.

lib. 4. c. 19.

Cui nisi quis præsentissimas adferat suppetias, metuendum est, ne pars corruptione extincta & emortua vicinas partes inuadat: & in mortificationem, quam sphacelum aut syderationem dicunt, degeneret. Quæ percipitur quũ pars liuet aut nigrescit: tumida, mollis, & cadaueroſa apparet, idq; sine vllo arteriarum pulsu, nec dolore, nec sensu vllo: vt etiam sine sensu doloris altè scalpellum adigi possit. Hanc syderatam & emortuam partem celerrimè amputare & resecare radicitus, aut proximè sanam partem oportet: gangrænam autẽ rupta omni mora curare. Quod fiet corruptum sanguinem copiosè scalpello ex affecta parte euacuando, & ea medicamenta, quæ putridis destinata sunt, imponẽdo: vt scribit idem Paulus. Vulgus Chirurgo-

Signa sphaceli.

rum

rum post scarificationes, aut sectiones locum affectum aqua salsa, aut salso aceto abluit. Alij vnguento Ægyptiaco, quod Pharmacopolæ paratum habent, vtuntur. Quòd si iis remediis mali asperitas non remittatur, ad efficaciora, vt ad caustica, & quæ crustam inducunt, vtpote ad trochiscos Andronis & arsenicum recurrunt: vel si necessitas id exigit, ferro corruptum à sano separant. Porrò sequentia medicamenta gangrænis multùm conferunt. Primùm ex parte affecta sanguis corruptus educatur, & sequenti lotione abluatur.

℞. fuliginis ʒ. iiij. mellis ʒ. ij. aceti optimi ℔. j. decoquantur ad medias: vel

℞. succi raphani & chelidoniæ an. ʒ. ij. olei mellis ʒ. s. phlegmatis aluminis acidi ʒ. iiij. salisspetræ ʒ. ij. salis fuliginis ʒ. j. s. misce pro lotione: vel

℞. phlegmatis vitrioli & aluminis an. ʒ. iiij. aceti ʒ. ij. puluer. rad. aristolochiæ ʒ. j. s. salis tartari ʒ. j. myrrhæ ʒ. j. s. caphuræ ʒ. s. bulliant omnia simul ad medias pro lauamento, quod reiteretur sæpiùs.

Aliud.

℞. tartari calcinati ad albedinem ʒ. ij. cineris corticum ouorum & rad. aristoloch. vel sarmentorum an. ʒ. j. s. salis nitri, caphuræ an. ʒ. s. phlegmatis vitrioli & aluminis an. ℔. j.

bulliant ad medias & fiat capitellum, quo vtendum vt suprà, scarificata priùs affecta parte, cui apponatur sequens ceratum.

℞. ceræ & picis naualis an. ℥. iij. liquoris myrrhæ ℥. ij. colophoniæ ℥. j. s. olei frumenti & ouorum an. ℥. s. fiat ceratum secundùm artem: vel

℞. mellis ℥. ij. croci martis, croci veneris an. ℥. s. puluer. myrrhæ & aristoloch. rotundæ an. ℥. ij. caphuræ ℥. j. s. phlegmatis vitrioli acidi an. ℥. iiij. decoquantur ad consistentiã vnguenti, adde mercur. præcipitati ℥. s. hoc inungantur ellychnia & turundæ: vel

℞. butyri arsenici fixi ℥. ij. mercur. præcipitati ℥. s. olei myrrhæ ℥. iij. Excipiantur melle priùs loto cum succo chelidoniæ. Isto medicamẽto nullum efficacius aut valentius inueniri potest, ad gangrænæ curationem, modò priùs totum venenum, atq; auram malignam, atram & fœtidam ex arsenico ademeris: quod fiet ipsius fixatione, vt docebitur in nostro Antidotario spagyrico. Nõ enim alioqui possum illorum comprobare sententiam, qui Arsenicum non præparatum ad gangrẹnæ curationem, adhibendum censent, quùm sit septicum & putrefaciens medicamentum, quodq; qualitate sua maligna & venenata, carnis quã attigerit substantiam corrumpat, & in putredine cadaueroſam deducat, quæ multò etiam dete-

deterior est, quàm ex gangræna. Quocirca ipsius vsus valde periculosus (hæc pace multorum dixerim) nisi priùs, vt iam dictum est, rectè præparetur. Interim optimum erit, si superponatur aliquod cataplasma paratum ex farinis lupinorum, orobi, lentium & fabarum, quæ decoqui poterunt cum oxymelite, aut priore capitello. Quòd si hæc omnia medicamenta nihil prodesse, sed iam in sphacelum, ex prædictis signis, gangrænam degenerare percipias: membrum sic emortuũ, si fieri possit, ita ocyssimè abscindendum est, vt nihil putridi prorsus relinquatur: quod nõnulli filo ex alumine plumæ confecto, & imbuto in oleo mercur. sublimati (quod alij aquã inferorum nominant) sine dolore præstãt. Alij autem serra, & tùm demùm ferro adurente & candenti vtuntur: ita enim ex Galeni consilio, celeriter sanguinis profluuium compescunt, putredinem arcent, & partem affectã roborant. Cessante autem putredine & hæmorrhagia, medicamentis vtuntur crustam detrahentibus, vt macedonico, butyro & similibus: atque tùm demùm curatio reliquis vlceribus communis adhibenda est. Non interim prætermittenda est idonea victus ratio, tenuis & refrigerans, neque missio sanguinis reuulsiua, aut medicamenta sanguinem depurantia, si opus esse videatur: atque

illa, quæ cor (vitæ principium) tuentur à putrida & fœtida illa aura maligna, à parte affecta sublata, ægroto exhibenda sunt.

ANTIDOTARIVM SPAGYRICVM, SIVE,

DE MEDICAMENTORVM praeparatione & compositione aduersus ictus sclopetarios.

VEtus & verum illud Comici verbum est: Homine imperito nihil quicquam iniustius: qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat: quod cùm in aliis artibus quamplurimis, tùm præsertim in ea, quam spagyricam appellamus, intueri licet. Videmus enim passim homines, nescio quos, stulta & barbara quadam arrogantia præditos, qui remedia ex metallifodinis extracta stomachosè insectantur: quæ tamen constat apud veteres Medicæ artis principes magno in pretio atque vsu fuisse: quemadmodum à nobis demonstratum est in eo libro,

bro, quem de Medicamentorum ſpagyrica præparatione edidimus. Et quęnam, rogo, huius ſiue iracundię, ſiue inſaniæ cauſſa eſt? quoniam (vt ipſimet fatẽtur) eorum præparationem ignorant. O fœlices artes, ſi de iis ſoli artifices iudicarent: vt Fabius olim dixiſſe fertur. Infœlices ergò, de quibus imperiti, & inſcij tàm temerè iudicium ferre non verentur: qui ne vnde quidem, aut cur Spagyrica hæc ars appelletur, vnquàm intellexerunt: quam eruditi viri ex Græcis duobus verbis ſic nominarunt ἀπὸ τῦ σπᾶν, καὶ ἀγείρειν: quòd per eam eliciatur, ac tùm cogatur comprimaturque ſubtilis quædam & ſpiritualis natura, in qua vis & effectus medicamenti præcipuè conſiſtit. Cuius rei ſumma & planè incomparabilis vtilitas, cùm in aliis multis morbis, tùm præcipuè in ſclopetariis vulneribus curandis cognoſci poteſt: quemadmodum, Deo volente, ſpero multò feliciùs poſthac compertum & exploratum iri, ex medicamentorum tùm vegetabilium, tùm animalium, & mineralium præparatione, aliisque eſſentiis è Mercurio, Sulphure, Vitriolo, Arſenico, Marte, Venere, Saturno, & Lithargyro elicitis: itemque ex Antimonio, aliisque id genus mineralibus, quàm è pingui & craſſo ſimplicium metallicorum corpore: cuius multùm abeſt, vt vis tanta ſit, tametſi veteres eo ad vulnerum &

vlcerum curationem vsos esse, scripta illorum testantur) quanta spirituum, qui quasi illorum animæ dici possunt. Verum tamen (dicet fortasse horũ obtrectatorum aliquis) cur non contenti sumus iis medicamentis & remediis, quæ docta Antiquitas nobis per manus tradidit? quæ veteres illi artis nostræ antistites, Hippocrates, Galenus & alij monumẽtis suis prodiderũt? cur nouas vias & prorsus inauditas quærimus, præsertim Pharmacopœis incognitas? Atqui, respondebit nostrũm aliquis, vel vnicum illud Mercurij præcipitati remedium (vt alia omittam) quo nuper admodũ vti in sanandis sclopetariis vulneribus, malignisque aliis vlceribus cœperunt, huic illorum quæstioni satisfacere, imò verò illorum imperitiam intolerabili arrogantia coniunctam coarguere potest. Quòd si auctoritas quæritur, tanti sanè apud eruditos viros puto fore Gesnerum, Guinterium, Andernacum, Seuerinum (vt alios quãplurimos præteream) quanti obtrectatores istos: præsertim quùm illorum summorum virorum eruditio, doctissimis ipsorum scriptis & monumentis ita testata sit, vt isti maledici magno sibi honori tribuere debeant, si se illorum discipulos fateantur. Alia perfacile mihi foret argumenta proferre quãplurima, nisi tantam istorum maleuolorum ineptiam animaduerterem,

terem, vt certè me pudeat : præsertim quùm quorundam libellos nouissimè diuulgatos intueor, in quibus extra propositum institutę tractationis, tã aliena infarciuntur, vt (quemadmodũ vetus fert prouerbium) in lente vnguentum positum videatur. Quasi verò ad institutam de podagræ curatione tractationem, nescio quæ inuectiuæ digressiones de rerum principiis, origine metallorum, & lapide philosophico (qui ab ipsis morosophicus nuncupatur) aliqua ex parte pertineant, & in re aliqua congruere videantur. Iterum igitur, iterumque exclamare cogor: Fœlices artes, si de iis soli artifices iudicarent. Quàm dissimile fuit multorum veterum consilium? qui, si quid ipsi ignorabant, quod ab aliis sciri etiam in longinquis regionibus audissent, nulli labori in illis inuisendis parcebant. Plato discendi ea quæ ignorabat cupiditate incensus, in Ægyptum profectus est: post Tarentum ad Archytam: in reliquam Italiam, vt cæteros Philos. Pythagoreos audiret. Apollonius Tyaneus peragrauit Persarum regionem, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna perlustrauit. Posteà delatus ad Brachmanas, Iarcham in sella aurea de abditis rerum caussis, & arcanis naturæ mysteriis disputantem audiuit. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldęos, Me-

dos, Assyrios, Arabas, Palæstinos, reuersus ad Alexandriam profectus est in Æthiopiam, vt Gymnosophistas audiret, eorumque arcanas & reconditas artes cõdisceret. Hæc sanè imitanda virtus, non horum ignauorum desidia: qui quùm à focis patriis vix vnquàm pedem mouerint, tamen hanc artem spagyricam improbant: neque maiorem vllum in perueſtiganda veritate laborem suscipiendum putãt: quùm tamen Ars illa miranda & recondita Naturæ arcana luculenter nobis patefaciat. Neque, meo iudicio, immeritò ab iis contemnuntur, qui multis suis periculis & peregrinationibus arcana illa Naturæ perscrutati sunt. Sed quænam, obsecro, illa stultitia est, interdicere nobis, ne aliis medicamentis vtamur, quàm quę antiquis cognita fuere? quasi verò Rhabarbarum, quo nullum hodie vsitatius medicamentum est, antiquis notum fuerit. Prætercà quid est, quod nobis sulphureos & metallicos, venenatos (vt appellant) fœtores obiiciant, quorum olfactu, & aura spirante (hæc enim cõtumelioſa illorum verba sunt) exanimantur propemodum ij, qui horum Cyclopum antra subierunt. An verò calumniatoribus & sycophãtis istis ignotum est, veteres quoſque Medicos ex rebus fœtidiſſimis medicamenta quamplurima confeciſſe? veluti ex aurium sordibus, sudoribus cor-

corporum, menstruis muliebribus (horrendũ dictu) ex stercore humano, & diuersorum aliorum animalium, sputo, vrina, muscis, mutibus, cinere ex capite bubonis, vngulis caprarum & asinorum, vermibus ex arbore putrida, multorũ impetiginibus, quemadmodũ ex scriptis Galeni, Aëtij, Æginetæ, Dioscorid. Marcell. Plin. Serap. colligere licebit: vt ipsa quoque metallica præteream, quibus ipsos vsos fuisse satis constat. Equidem quùm apud me imperitorum istorum fastum considero, qui hanc metallicæ medicinæ partem (quam ipsi suo more contumeliosè Chymericam nominant) fastidiunt, atque propterea à neque suis, neque aliorum quamplurimis morbis mederi possunt, venit mihi in mẽtem historiæ, ipsis fortassis notæ, de Heraclito Ephesio, qui quùm Hydropisi affectus Medicorum artes aspernaretur, oblitum se bubulo fimo soli siccandum prębens, obdormiuit, atque ita à canibus laniatus est. Verùm hæc de nugatoribus & maledicis istis plus satis. Iam autem quodnam sit meum consilium, & quis in hoc tractatu scopus, exponendum est: nimirum vt apertè præscribam deinceps non ea quæ iã peruulgata, & (vt vulgò fertur) lippis ac tonsoribus nota sunt, ne illos imitari videar, qui farragines & rhapsodias scriptitant; sed viam atq; methodum medicamenta

Gal. sim. 10. c. 1. 8. 9. 10. 12. 13. Aet. Tetr. 1. serm. 2. cap. 110. Ægin. lib. 7. Dioscor. lib. 2. ca. 90. Marcell. cap. 4. & 26. Plin. lib. 28. cap. 4. & 15. Sera sim. ca. 453. & 466.

arte ſpagyrica præparandi, quæ ad ſclopetarios ictus pertinent, quam pleriſque Medicis ac Chirurgis ignotam ſcio. Hocque ſyncerè teſtari poſſum, me duabus de cauſſis ad hoc adductum fuiſſe: nimirum ſtudio prouocandi doctiores, vt ſi habēt meliora, proferāt: tùm vt generi humano, ac præſertim patriæ meæ inſeruirē: cui (proh dolor) nimiùm nimiumque his funeſtiſſimis & luctuoſiſſimis temporibus iſto medicamentorum genere opus eſt, quùm tamdiù ciuilibus ac domeſticis bellis cruentetur. Verùm vt eorum occurram calumniis, qui clamitant, iſta remediorum genera nō tantùm difficili & longa præparatione indigere, verumetiam tanti pretij eſſe, vt nō facilè quiuis iis vti poſſit: de principio proponenda vulgaria & εὐπόριστα remedia putaui: pòſt ad ea deueniendum, quæ longè pluris facio, vt certè longè aliis præſtantiora ſunt, quemadmodum ex illorum præparatione cognoſcere licebit: quanquam etiam tenuiorū & gregariorum militum rationem habere inſtitui, ſeparatimque alia quæ ditioribus conferent, adſcribere.

MOnendi ergò Chirurgi erunt, vt, quùm in caſtra proficiſcentur, hæc præparata ſecum afferant, quæ apud Pharmacopœos pleroſque reperiuntur.

Suppurantia.

Vnguen-

Vnguentum Basilicum vtrumque.
Vnguentum Macedonicum.
Tetrapharmacum Galeni.
Vnguentum Resumptiuum.
Emplastrum de mucilaginibus, quod dissolui poterit cum oleo oliuarum, si opus sit.
Diachylon simplex & compositum.

Detergentia.

Vnguentum Diapompholygos Nicolai.
Vnguentum viride Andromachi.
Emplastrum diuinum solutum cum oleo rosato.
Vnguentum Apostolicum Auicennæ.
Vnguentum Ægyptiacum eiusdem.

Sarcotica.

Vnguentum Aureum.
Vnguentum Cerasteos Mesuæ vtrumque.
Emplastra de gratia Dei, & de Ianua.

Cicatricem inducentia.

Vnguentum de Minio.
Desiccatiuum rubrum.
Emplastrum de Cerusa.

Venenum attrahentia & res extraneas.

Vnguentum fuscum Nicolai.

Ad ambusta.

Vnguenta magistralia Medicorum Florentinorum à Weckero descripta.
Vnguentum de calce viua.

Repellentia & astringentia.

Vnguentum de bolo commune.

Vnguentum Rosatum Mesuæ.

ἐυπόρι-
στα.

VEL ad prædictas intentiones componi poterunt medicamenta, quæ non alia egent præparatione, quàm vulgari.

Ἐκπυητικὰ siue suppurantia.

℞. butyri recentis & olei oliuarum an. ℥. ij. farinæ tritici suo furfure expurgatæ ℥. s. aquæ communis ℥. iiij. decoquantur: vel

℞. foliorum tussilag. & maluarum an. m. ij. coquantur sub cineribus, & cum butyro permisceantur: vel

℞. succi radicum liliorum, coctorum priùs sub cineribus ℥. iiij. axung. gall. vel anseris, vel porci ℥. ij. cum oleo lini, vel oliuarum, vitello oui, & tantillo ceræ, fiat vnguentum.

Detergentia.

℞. mellis ℥. iij. farinæ fabarum & hordei an ʒ. ij. decoquantur cum vino ad consistentiam vnguenti: vel

℞. foliorum plantag. & apij an. m. j. rosarũ rubrarum p. ij. vini rubri ℥. viij. decoquantur ad medias, colaturæ dissolue sacchari rubri ℥. ij. terebinth. ℥. j. farinæ lupinorum & orobi an. ʒ. j. aloës, myrrhæ an. ℥. s. decoquantur rursus, & addendo ceræ quantitatem suff. reducantur in formam vnguenti: vel

℞. succi plantag. & agrimoniæ an ℥. ij. mellis

lis rosati ʒ. iiij. rad. iridis & farinæ fabarum an. ʒ s. permisce sub finem terebinthinæ ʒ. j. fiat vnguentum.

Sarcotica.

℞. mannæ, thuris an. ʒ. ij. farinæ fœnigręci & orobi an. ʒ. j. excipiantur melle & oui luteo: vel

℞. sarcocollæ in lacte solutę ʒ. iij. mastiches, olibani an. ʒ. j picis liquidæ & terebinthinæ an. ʒ. j. misce pro vnguento.

Επουλωτικά.

℞. cretæ albæ ʒ. ij. cineris corij adusti ʒ. iiij. excipiantur oleo rosato: vel

℞. calcis viuæ, toties in aqua lotæ, dum omni destituatur acrimonia ʒ. ij. terręArmenę ʒ. j. excipiantur myrtillorum oleo.

Ex plumbo vsto, stibio vsto, cadmia, pompholyge, parari poterunt etiam medicamenta ad id accommodatissima.

Ad venenata vulnera.

℞. succi anagal. idis purpureæ & cyclaminis an. ʒ. j. sulphuris viui, mix i cum saliua hominis ʒ. s. misce: vel

℞. lithargyri ʒ. ij. galbani ʒ. s. picis Græcæ & terebinthinæ an. ʒ. ij. olei quantum suff. vel

℞. olei ʒ. iiij. sagapeni, mumiæ & succini an. ʒ. iij. thuris, mastiches an. ʒ. ij. terręsigillatę optimę & corall. rubr. an. ʒ. j. picis ʒ. ij. ceræ

quod satis sit ad fingendum vnguentum: vel

℞. cepas duas, folior. vincæ peruincæ, scabiosæ, ricini an. m. j. decoquantur sub cineribus, adde theriacæ ℥. s. & cum terebinth. fiat vnguentum.

Ad ambusta.

℞. succi cepæ sub cineribus coctæ ℥. ij. olei nucum ℥. j. misce: vel

℞. foliorum hederæ nigræ cum aqua plantag. contusorum m. ij. olei ℔. j. coquãtur cum ℥. iiij. vini albi ad illius consumptionem: adde sub finem ceræ quantum sufficit, vt fiat linimentum.

℞. laridi ad flammam liquati, & succis betæ & rutæ excepti ℥. ij. cremoris lactis ℥. j. mucilag. sem. cydoniorum & tragacanthæ an. ℥. s. misce.

Repellentia, & sanguinem cohibentia.

℞. succi foliorum caprifolij, & foliorum quercus an. ℥. j. rosarum rubr. ℥. j. boli Armenæ & sang. draconis an. ℥. ij. olei rosati ℥. iij. ceræ quantum sufficit: vel

℞. pulpæ pomorum decoctorum in lacte ℥. iij. mucilag. sem. psyllij & cydoniorum an. ℥. s. succi bursæ pastoris & polygoni an. ℥. j. acaciæ & sanguinis draconis an. ℥. iij. terræ sigillatæ ℥. s. olei myrtillorum ℥. iij. ceræ albæ q. suff. vt fiat vnguentum.

Porrò

PORrò quę ſequuntur remedia pharmacopolis noſtris non ita admodũ vſitata ſunt, neq; Chirurgis nota: vulneribus tamen ſclopetariis, cæteriſq; omnibus commodiſſima, quorum idoneam præparationem ars Spagyrica partim demonſtrat.

Suppurantia.

℞. rad. althææ & liliorum an. ℥. iiij. beræ cum rad. m. j. butyri recentis ℔. s. lumbricorũ vino præparatorum ℥. iij. vitellos ouorum 12. medullæ vituli & terebinth. an. ℥. v. olei oliuarum depurati à fæcibus ℔. j. contuſis quæ contundi debent, ac ritè omnibus mixtis digerantur in fimo caldo per mẽſem: pòſt prælo exprimantur, ac igne cinerum coquantur ad vnguenti conſiſtentiam: vel

℞. ſucci herbarum tuſſilag. & oxalidis an. ℥. iij. caricas pingues 20. thuris ℥. ij. reſinæ laric. ℥. j. s. axung. anſer. gall. an. ℥ ij. butyri recentis ℔. s. olei viſci pomorum compoſ. ℔. j. mixtis omnibus decoquantur in duplici vaſe, luto ſapientiæ obducto, per ſex horas igne mediocri: calidè percolentur, & rurſus ſolis radiis exponãtur, vel coquantur ad idoneam conſiſtentiam. Hæc celeriter pus mouẽnt, atque anodyna ſunt medicamenta, vulneribuſque ſclopetariis accommodatiſſima.

Detergentia.

℞. ſucci centaurij & chelidonij an. ℥. iiij.

mellis ℥. iij. florum verbasci p. ij. thuris, myrrhæ, mastiches an. ℥. s. olei terebinthinæ ℥. vj. vini albi generosissimi ℔. j. putrefiant in fimo calido, & coquantur vt suprà ad vini & succorum consumptionem, igne cinerum, donec reducantur in formam vnguenti, adde pro ℥. j. huius vnguenti ℥. j. præcipitati mercur. dulc. si maiore deterstione opus sit: vel

℞. visci herbarum sanículæ, pyrolæ, aristoloch. & vincæ peruincæ an. ℥. ij. terebinthinæ lotæ ℥. iiij. croci veneris ℥. s. balsami tartari ℥. ij. sulphuris antimonij ℥. j. s. imponantur igni cinerum, dum vnguenti consistentiam acquirant.

Sarcoticæ.

℞. mucilag. sem. fœnigræci ℥. ij. visci herbarum cynoglossi, persicariæ, consolidæ maioris an. ℥. j. s. olei thuris, & myrrhæ an. ℥. iij. olei hyperic. simp. ℥ ij. tereb. lotæ vino albo ℥. ij. stent ad solem, vel ad calorem cinerum, donec incrassescant.

Vnguentum de Pato.

℞. succi pæri ℔ j. terebinthinæ ℥. v. olei hyperici compos. ℥. viij. vini albi geneross. ℔. s. digerantur per viij. dies, pòst decoquantur ad vini consumptionem: tùm demum adde colophoniæ, ceræ an. ℥ iij. mumiæ, carabes, an. ℥. ij. liquefiant rursus ad ignem, & fiat vnguentum, vt artis est: vel

℞. visci

℞. viſci herbarum pæti & conſol. maior. an. ℥.iiij. olei terebinth. ℔. j. florum hyperici & verbaſci an. m. ij. pomorum vlmi ℥. iij. acinorum popul. arb. ℥. iiij. ſpiritus vini ℔. j. ſ. digerantur in fimo equino, vel relinquantur in cal. hypocauſt. in vaſe vitreo optimè clauſo per menſem integrum, deinde exprimantur & colẽtur: adde thuris, maſtiches, myrrhę an. ℥. ij. ſang. draconis ℥. ſ. mumiæ ℥. vj. terebint. ℔. ſ benioini ℥ j. circulentur ſimul in pelicano octo dierum ſpatio, deinde moderato calore deſtilletur vini ſpiritus, & remanebit in fundo pretioſus balſamus. *Aliud noſtræ deſcriptionis.*

Ἐπουλωτικὸ, ſive cicatricem inducentia.

℞. aluminis vſti ℥. j. cretæ vitrioli ℥. iij. croci Martis, croci Veneris an. ℥. ij. miſce, fiat puluis, quo vti poteris per ſe, vel excipiatur melle: vel

℞. boli Armenæ noſtro modo præparatæ ℥. ij. calcis corticum ouorum ℥. ſ. ſucci prunorum immaturorum ℥. ij. decoquantur igne lento ad perfectam conſiſtentiam.

Ad Venena.

℞. olei carabes & terebinth. an ℥. j. olei iuniperi ℥. ij, ſeminis vrticæ & rad. gentianæ an. ℥. ij olei ſulphuris vitriolati ℥. j. ſ. coral. rubr. ℥. j. miſce: vel

℞. ſucci pentaphyll. ſcabioſæ ℔. rutæ an.

℥.ij. olei sulphuris rubei ℥. j olei myrrhæ ℥. ij. colophoniæ & gummi hederæ an. ℥. vj. misce pro vnguento.

Ad ambusta.

℞. lardi liquefacti & aquâ solani excepti ℥. ij. olei Saturni ℥. s. misce: vel

℞. visci rad. hyoscyami & florum papaueris rubr. an. ℥ j. salispetræ ℥. j. mucylag. seminis cydoniorum ℥. iij. cum oleo caphuræ fiat linimentum.

Repellentia & sanguinem cohibentia.

℞. boli Armenæ spagyrico modo præparatæ ℥. ij croci Martis, croci Veneris an. ℥ j. Excipiantur oleo rosato: vel

℞. colcotharis dulcificati, cineris ranarum adustarum an. ℥. s. Excipiantur oui albumine.

Quamplurima alia parantur remedia ad easdem superiores intentiones, quorum iam formulas propriis quibusque locis descripsimus, quæ iudicio periti Chirurgi committo, vt his prudenter, atque vt morbi & affectarum partium ratio postulabit, vtatur. Restat vt de potionibus vulnerariis loquamur, antequam medicamẽtorum præparationem doceamus.

De

De potionibus vulnerariis.

POTIONES istæ vulnerariæ quamuis humores per inferiora non depellant, valent tamen ad vulnera expurganda: quandoquidem superfluos humores, & sanguinem ab omnibus sordibus expurgant, ac mira qua pollent facultate & cõfracta ossa consolidant, & læsis ex vulnere neruis medentur, ac Naturæ opem ferendo tandem vulnera illa carne replent, & cicatrice, nullo adhibito alio remedio, obducunt. Quùm autem ex illarum potionum vsu mirandos ac propè incredibiles effectus, præsertim in Germania viderim, etiam ad desperatorum vlcerum curationem, commodissimum fore non prætermittendam illarũ mentionem existimaui: idq; eò magis, quia vsum illarum scio antiquitus probatum fuisse, nunc autem Medicorum negligentia propè obsoleuisse. Quinetiam compertum habeo illas non solùm medicamentorum, sed & alimentorum loco assumi: atq; symptomatis, omnibusq; incommodis quibus vulnera obnoxia sunt, occurrere. Simplicia autem ex quibus parantur, sunt hæc,

Cyclaminus. *Sophiam nonnulli vocant.*
Consolida maior.
Consolida media, quam Sabina.

Verbena.	*Aristolochia.*
Serpentaria.	*Veronica.*
Persicaria.	*Agrimonia.*
Artemisia.	*Pyrola.*
Lilium conuallium.	*Spermaceti.*
Zedoaria.	*Cancri fluuiatiles.*
Galanga.	*Nux vomica.*
Vinca peruinca.	*Astaci.*
Centaurium.	*Mumia.*
Ophioglosson:	*Macis.*
Betonica.	*Bolus Armena.*

Horum simplicium vim omnẽ multò meliùs quàm vt vulgus solet, elicies, si vel in dolium albo musto plenum ea iniicias, vt per duos menses digerantur: vel si dissectas minutatim virides herbas, aut illarum expressum succum in pelicanum, cæcúmve alembicum imponas, vt in baln. m. per tres aut quatuor dies circulentur. Vltimus enim hic modus illis conuenit, quibus vsus vini interdictus est, præsertim si vulnus in capite acceperint. Destillatæ etiam ex ipsis aquæ proderunt, si vel per se quotidie manè & vesperi (dosi & modo conuenienti) assumantur: vel si vnà cum iis vinum album (si fortè vulneratis id conceditur) diluatur. Sequuntur autem vulnerariarum potionum formulæ.

Vulneraria potiones primæ.

℞. consolidæ vtriusque, veronicæ, cyclamini an. m. j. astachos expurgatos, nu. iiij. vini albi

albi mensuras ij. circulentur in balneo per triduum. Colaturæ exhibe cochlear vnum manè: vel

septem diebus exhibenda.

℞. oculorum cancri puluerat. ℥. s. mumiæ ℥.ij. boli Armenæ ℥.j.s. herbarum agrimonię, ophiogloſſi, veronicæ, & cyclamini an. m.j. ſpermatis ceti ℥.j. temperentur in vino albo per noctem in baln.m. Capiat huius cochlearia duo manè & veſperi, ſi opus ſit. Inflammationes plurimùm arcent, atq; ambuſtis conueniunt.

Potiones dandæ reliquis morbi temperibus.

℞. macis, oculorum cancri, zedoariæ an. ℥. iij. mumiæ, galangæ minoris an. ℥.ij. nucis vomicæ ℥.j. s. Craſſiuſculè contuſa imponantur in vas vitreum, affundendo vini albi menſ. j. s. macerentur lentiſſimo calore per biduum. Doſis eſt cochlear vnum manè, & veſperi tantundem. Huius potionis vis tanta eſt, vt laudari vix ſatis poſſit.

Potio Venenatis Vulneribus ſclopetariis conueniens.

℞. florum vincæ peruincæ, & lilij conuallij an. pugil j. galangæ, zedoariæ an. ℥.ij. mumiæ & boli Armenæ veræ an. ℥.j. ſpermatis ceti ℥. s. vini albi menſuras ij. digerantur ac circulentur in bal. m. per quatuor dies. Doſis eſt cochlear vnum manè & veſperi.

Potio Vulneraria infracto oſſe ab ictu ſclopetario.

℞. ariſtolochiæ, cyclamini, ſerpentariæ & conſolidæ vtriuſque, geranij an. m. j. ſabinæ m. ſ. macis, zedoariæ & oculorum cancri an. ℥.s. mumiæ & galangæ minoris an. ℥.j.s. Con-

quassatæ ac minutatim concisæ herbæ, & reliqua in puluerem crassiusculum redacta coquantur in duplici vase horis quatuor cum mensura. j. vini: vtatur manè & vesperi. Solum hoc remedium multò commodius est, quàm tot ferulæ quibus nonnulli excruciantur.

Potio Vulneraria Cephalica.

℞. florum lilij conuallij & betonicæ an. p. j. galangæ, macis an. ℥. iij persicar. chelidon. vincæ peruincæ, veronicæ & centaur. an. m. s. Macerentur vt suprà, & ad vsum reseruentur.

Potio pector. Vulneraria.

℞. succi verbenæ, betonicæ, veronicæ an. ℥. ij. aquæ cinnam. ℔. j. macerentur.

Potio inferioris Ventris Vulneribus conducens.

℞. boli Armenæ ℥. s. consolidæ vtriusque an. m. j. galang. ℥. ij. temperentur cum vino vt suprà, & ad vsus seruentur.

Variæ ex suprascriptis simplicibus poterunt parari potionum descriptiones, quas periti Medici iudicio relinquendas censui: hoc vnum tamen adiungã, ipsarum vsum quamplurimas tùm ad vulnera sclopetaria, tùm ad phagedænam, cancrum, & omnia maligna ac desperata vlcera opportunitates habere. Ex quibus omnibus multò etiam maiorem vtilitatem Medicus percipiet, si potiones præparandas curet cum vulnerariorum simplicium essentia spagyricè extracta, quod iam alibi docuimus.

Elen-

Elenchus medicamentorum Spagyricorum.

QVONIAM autem deinceps restat, vt eorũ simplicium, quæ ad vulnerum sclopetariorum curationem pertinent, præparationem Spagyricam describamus, eadem vtemur methodo, qua iam superiùs vsi sumus, quò tractatio hæc nostra planior sit.

Suppurantia sunt igitur & Anodyna,
- Oleorum ouorum.
- Oleum butyri.
- Oleum resinæ.
- Ol. viſci pomorum compos.
- Oleum hyperici simpl.
- Olea omnium axung.

Detergentia,
- Oleum myrrhæ.
- Oleum mastiches.
- Oleum terebinthinæ.
- Oleum mellis.
- Viscus centaurij.
- Viscus vincæ peruincæ.
- Viscus aristolochiæ.
- Sal fæcum aceti.
- Balsamus martis.
- Crocus Veneris.
- Mercur. præcipitatus vulgaris.
- Mercur. præcip. dulcific.
- Oleum guaiaci.
- Balsamus veneris.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0355
DFG

Balsamus Saturni.
Balsamus tartari.

Sarcotica.
- Balsamus hyperici.
- Oleum thuris.
- Oleum sarcocollæ.
- Ol. mannæ.
- Viscus consolidæ vtriusque.
- Viscus cynoglossi.

Epulotica.
- Calx testarum ouorum.
- Calx testarum limacum.
- Bolus armena præparata.
- Alumen adustum & præparatum.
- Crocus martis.
- Creta vitrioli flaua.
- Ol. salis tartari. } quæ etiam cicatrices decorant.
- Ol. talci. }

Repellẽtia & sanguinem cohibentia.
- Oleum visci pomorum simplex.
- Oleum Martis.
- Crocus Martis.
- Crocus Veneris.
- Colcathar simplex.
- Colcathar dulcificatum.
- Bolus Armena præparata.
- Calx testarum ouorum.
- Calx testarum limacum.

- Butyrum arsenici fixum.
- Præcipitatus dulcificatus.

Bal-

Ad venena.
- Balsamus tartari.
- Oleum Mercur. corporale.
- Oleum antimonij.
- Oleum sulphuris vitriolatum.

Ad ambusta,
- Oleum ouorum.
- Oleum lardi,
- Oleum butyri.
- Aqua gammarorum.
- Aqua spermatis ranarum.
- Aqua florum papauer. rubri.
- Viscus rad. hyoscyami.
- Oleum Saturni, eiusque sal.
- Oleum Lithargyri.

Attrahentia.
- Viscus aristolochiæ.
- Viscus corticis med. tiliæ.
- Succinum præparatum.
- Magnes præparatus.

Ossibus corruptis,
- Oleum myrrhæ,
- Ol. caryophyllorum.
- Oleum tartari fœtens.
- Oleum vitrioli.
- Ol. sulphuris simplex.
- Oleum sulph. vitriolatum.
- Oleum antimonij.
- Sulphur rubicundum Antim.
- Oleum salis.
- Oleum Mercur. sublimati.

Sunt rursus illorũ simpliciũ singula, quæ singulis partibus vulneratis conducunt: vt

Neruis vulneratis,
- Oleum ceræ.
- Oleum iuniperi.
- Oleum euphorbij.
- Oleum ouorum.
- Oleum terebinthinæ.
- Oleũ sulphuris terebinth.

Carni putridæ ac corruptæ,
- Sal fuliginis.
- Sal vrinæ.
- Sal tartari.
- Sal mellis.
- Oleum frumenti.
- Oleum mellis.
- Oleum sulph. acidum.
- Phlegma vitrioli acidum.
- Phlegma aluminis acidũ.
- Balsamus Martis.
- Balsamus Veneris.
- Balsamus Mercurij.
- Balsamus tartari.

At quoniam nobilium partium semper habenda ratio est, in quarum actione vita consistit, sunt etiam nonnulla quæ exhibita ipsas tueri possunt.

Cerebrum,
- Oleum succini.
- Oleum saluiæ.
- Oleum caryophyllorum.
- Spiritus vitrioli.

Robu-

Roborant enim
- Cor,
  - Aurum vitæ.
  - Tinctura auri.
  - Essentia margaritarum.
- Hepar,
  - Tinctura Balsam. natural.
  - Tinctura corallorum.
  - Oleum Martis.

MEDICAMENTORVM proximè enumeratorum Spagyrica præparatio.

PÆx vini crudúmve Tartarum in puluerem redactum imponatur in retortam vitream aut terreã cum suo recipiente: subiiciatur ignis per gradus, qualis ad aquam fortem cõficiendam adhibetur. Producet magnam copiam spirituum albo rum, qui & in aquam & in oleum crassum ac fœtens conuertuntur. Separetur oleum illud per infundibulum, atque ad vsum reseruetur. *Oleum Tartari fœtens.*

POrrò tartari salem extrahes ex fæcibus (quas caput mortuum appellant) in retorta relictis, easque in aqua calida dissolues: dissolutum totum posteà bis térve filtrabis. Tùm eundem coagula ad ignem per euaporationem aquæ. Ita remanebit sal in fundo vasis, quem si rursus dissoluas & coagules, sic expurgabis, vt crystallinus euadat. *Sal Tartari.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0359
DFG

Oleum Tartari. Hunc crystallinum sálem si vitro imponas, & in cella vinaria alióve humido loco colloces, intra perpaucos dies in oleum resoluetur limpidum, & ad faciei maculas & vlcera detergenda præstantissimum.

Balsamus Tartari. ℞. Tartari crudi ℔. ij. salis petræ, sális fuliginis, & fæcum aceti an. ℥ iiij. calcis viuæ ℥. vj. Omnia minutissimè cõtusa iniiciantur in vas non vitreatum, ac ritè obturatum. Calcinentur xij. horarum spatio: calcinata soluantur in calida, ac per filtrum destillentur, pòst coagulentur, & deinceps calcinentur: ter denique calcinationes, solutiones, & coagulationes fiant. Tùm iniiciantur omnia in alembicum, simulque acetum destillatum infundatur, vt digitos quatuor supernatet. Destilletur acetum in Balneo mar. ac liquor dulcis emanabit, tùm infunde iterum acetum vt destilletur, idque tamdiù dum non ampliùs sit dulce, sed acidum fiat, & quale priùs infudisti, per alembicum efferatur. Tùm omnia valido igne destillato per retortam: & prodibit oleum feruidissimum, cuius vix satis prædicari vtilitas possit.

Hoc eodem modo, si voles, totum salem tartari per alembicum pelles: ex quo præstantissimum & saluberrimum oleum efficies.

Oleum aceti. DEstillato aceto per alembicum, resident fæces ipsius in fundo vasis: quæ priùs igne

igne violentissimo exsiccatæ, si pellantur per retortam, exibit oleum rubicundissimum & acerrimum. Quòd si rursus caput mortuum dissoluas in calida, filtres, & coagules, subsidebit sal aceti ad phagedænica omnia accommodatissimus. *Sal aceti.*

FVligo in tenuem pollinem redacta, dissoluatur in aceto destillato, in Balneo: separato toto menstruo, quod in fundo subsidebit, denuò dissolues, deinde coagulabis: idque tamdiu donec in salem cãdidissimum abeat: qui in humido soluetur in oleum ad gangrænam, & quæuis maligna vlcera curanda opportunissimum. *Sal fuliginis.*

BOlus Armena in puluerem tenuissimum redacta, dissoluatur in phlegmate acido Aluminis: tùm separetur phlegma per Bal. & aliud super affundatur. Id ter facito. Tùm Bolus in oleum perpingue conuertitur: quod igne lentissimo exsiccetur, & in puluerem reducatur ad cohibendum sanguinem vndecumque prorumpentem aptissimum. *Boli Armena prep.*

R. Caryophyllorum puluueratorum ℔. j. aquæ simpl. vel quod melius est aquæ vitæ ℔. vj. Infundantur in vas vitreum ad digerendum in bal. vel fimo per quatuor dies: pòst appositio rostrato alembico cum suo refrigerio destillentur ex artis præscripto: oleũ autem ab aqua separetur per infundibulum, *Olea aromatum, lacrymarum, lignorũ & gummi.*

& ad vsus seruetur. Eadem methodo elicies olea Saluiæ, Iuniperi, Succini, Terebinthinæ, Myrrhæ, Thuris, Sarcocollæ, Mastiches, Euphorbij. Aliam & præstantiorem olea eliciendi, ex iam enumeratis, inuenies methodum in lib. quem de medicament. Spagyr. præparatione conscripsimus.

Oleũ fumenti.

FRumentum in retortam impositum cum Spiritu vini digeratur per octo dies: tùm demùm igne violento pellatur. Quod destillatum est, capiti mortuo reddatur, denuò digeratur ac destilletur. Id si ter iteraueris, prodibit oleum præstantissimum ad gangrænam & carcinomata.

Balsamus Hypericonis simplex.

R. florum Hyperici minutatim concisorum ℔. ij. olei terebinth. ℔. j. viteliorum ouorum xx. aquæ vitæ ℔. s. mixtis omnibus putrefiant in fimo calenti per mensem integrum: pòst exprimantur & ponantur ad solem per duos menses.

Balsamus viſci pomorũ.

Balsamus viſci pomorum eadem methodo fit: vel cum oleo oliuarum priùs depurato in Balneo.

Balsamus Hyperici cõpositus.

R. florum hyperici ℔. j. viſci rad. ſymph. maior. ℥. iiij. florum chamæmeli, verbasci an. pug. ij. olei ouorum & terebinthinæ an. ℔. s. aquæ vitæ ℔. j. thuris, myrrhæ, mastiches, mumiæ an. ℥. ij. ſacchari rubri ℥. vj. putrefiãt ſimul in vaſe accuratè occluſo in fimo

per

per mensem: deinde exprimantur & circulentur in Bal. per triduum: tùm demum lentissimo calore decoquantur ad Balsami consistentiam.

Balsamus viscipomorum compositus.

℞. foliorum viscì pomorum minutatim concisorum ℔. ij. inijce in matratium vitreum, addendo acinorū populi ai bonis ℔. s. olei axungiæ taxi, & butyri an. ℥. iiij. terebinthinæ ℥. vj. olei lumbricorum ℔. ij. s. vini albi generosi ℔. ij. digerantur omnia rectè occlusa in fimo calidissimo per duos menses: post prelo exprimantur, tùm circulentur, & ad ignem lentissimum decoquātur ad liquorum consumptionem. Ad dolores sedandos nullum præstantius inueniri medicamentum potest.

Ex herbis, viscus vt extrahatur.

SVccum foliorum & rad. herbarum purificabis, donec clarescat: ipsi affunde tantumdem aquæ vitæ, & digerātur in Bal. in vase vitreo per quindecim dies: deinde separata aqua per destillationem remanet in fundo herbarum viscus.

Alia methodus.

Vel, folia & rad. herbarum mergantur in aquā communi filtrata, aut, quod melius est, in vino albo, per octo dies: deinde per triduum lento igne subiecto bulliant: post exprimantur & decoquantur igne lento, donec spissitudinem mellis acquirant, quam viscum nominamus. Hac methodo ex con-

solida vtraque, cynogloſſo centaurea, vincâ peruinca, ariſtolochia, rad. hyoſcyami, & cort. med. tiliæ viſcum elicies ad præſcriptam tiliſſimum.

Ex floribus papauer. rubr. vel ipſorum ſucco, aquam per alembicum elicies ad refrigerandum aptiſſimam.

Sal vrinæ.

SAl vrinæ humanæ ſummam ad detergendum vim habet. Conficitur autem ſic: primùm vrina filtranda eſt, tùm coagulanda, pòſt cum aceto deſtill. diſſoluenda atque iterum coagulanda. Nam ter aut quater hæc iteranda ſunt.

Oleum ceræ.

LIquefiat ad ignem cera, & decoquatur cum vino ad conſumptionem ipſius, idque tamdiù donec nullos crepitus amplius edat, Huius ſic præparatę cerę cape ℔. j. aluminis calcinati ℔. s. fol. ſaluiæ m. j. Iniiciantur omnia in alembicum cupreum, cui receptaculum ſit ſubiectum, & deſtillentur igne mediocri. Prodibit primò craſſiuſculum oleum, quod rurſus deſtillandum eſt vt anteà, idque ter iterandum: atque ita fit oleum ceræ præſtantiſſimum ad omnes neruorum affectus. Eodem modo ex reſina, & pice oleum conficitur.

Aquæ & oleum mellis.

EX melle in vitreum alembicum impoſito aquam eximiam primùm elicies per Bal. Pòſt capiti mortuo, aut fæcibus relictis are-

arenam vel silices calcinatos addes, ne regurgitet materia, quàm per retortam vitreã pelles, subiiciendo ignem per gradus: ita destillabit oleum pellucidum & flauescens simul cum oleo crasso & impuro. Omnia digerantur per quatuor aut quinque dies: pòst rursus destillétur per alembicum intra arenam, manabitque oleum purum & rubicundum a quę suæ supernatans. Hęc aqua acidissima est propè ad instar aceti destillati: & plurimùm aduersus gangrænam conducit. Oleum autem quod instar aquæ vitæ ardet, vires habet admirandas, præsertim si per dies aliquot circuletur cũ vini spiritu. Separato enim illo postea, remanet oleum dulce & gratissimi saporis, vulneribus sclopetariis & phagedænicis vlceribus plurimùm conducens.

Sal mellis.

Ex fæcibus quæ remanserint, igne reuerberij priùs calcinatis, extrahitur sal cum aqua propria, vel communi, soluendo, siltrando, & coagulando: idque ter. Putridis omnibus vlceribus confert. Hunc salem cum oleo proprio & adurente ex artis præscripto commiscebis, atque inde maiorem, quàm dictu fas est, opportunitatem auferes.

Aliud mellis oleum præstantissimum.

℔. mellis à sua cera nõ separati ℔ ij. tartari in puluerem redacti lb. j. putrefiant simul in fimo quindecim dierum spacio, & destillentur per retortam. Emanabit primò aqua

candida, tùm flaueſcens. Hanc redde capiti mortuo,& putrefiant rurſus per quindecim dies. Pòſt depelle iterum per retortam, idque ter facito: ac tùm oleum mellis præſtantiſſimum conſequeris.

Oleum butyri & laridi.

BVtyrum priùs in vino albo liquefactum iniiciatur in alembicum, ſubiiciaturque ignis mediocris. Deſtillabit oleum valde anocynum. Ex ℔. j. habebis vncias x. Sic facies oleum laridi & axungiarum omnium.

Oleũ ex luteis ouorum.

LVtea ouorum centum priùs cocta iniice in cucurbitam: ſubiice ignem per gradus. Primò aqua exibit, pòſt oleum flaueſcens aquæ ſupernatãs, poſtremò oleum craſſiuſculum. Aqua maculis omnibus prodeſt: olea autem doloribus ſedandis conferunt.

Cancrorum aqua.

CAncri aut Gammari bulliant cum aqua ſemperuiui maioris in vaſe duplici accuratè occluſo per diem integrum: pòſt deſtillentur igne ſubiecto. Aqua ter affundatur capiti mortuo: tùm demum reſeruetur. Inflammationibus, ambuſtis, & carcinomati multùm confert.

Aquã ſpermatis ranarum.

SPerma aut ſemen ranarũ colligitur menſe Martio. Deſtillatur autem per alembicum vitreum. Elicitur aqua vredini & inflammationi opportuniſſima.

Calx teſtarum ouorũ & limacũ.

TEſtæ ouorum aut limacum reuerberẽtur igne acerrimo per triduum, donec reducantur

cantur in calcem candidissimam. Si dùm calcinantur, aspergantur aceto, calx leuior redditur, & ad vires suas exercendas aptior.

Mercurius præcipitatus vulgi.

MErcurius priùs lotus ac præparatus ex Geberi præscripto, soluatur cum duplo pondere aquæ chrysulcæ communis, deinde quater destilletur, ac super fæces totius effundatur: atque ita reducitur in puluerem rubicundissimum, ex quo reuerberato ad ignem, eliciuntur aquæ fortis spiritus, qui alioqui summos dolores commouent. Satiùs erit si abluatur phlegmate aluminis, & aceto destillato & ouorum aqua. Acrimonia enim hoc pacto eximitur.

Præcip. Mercurius fixus & dulcificatus, ad ista vulnera curanda vtilissimus.

Sed præstabit iteratis sublimationib. Mercurium priùs præparare, ipsumq; rediuiuum & à terra fæculenta & humiditate superflua depuratum fixare cum aqua, quam in libro à nobis de præparatione spagyrica euulgato iam descripsimus. Quòd si omnes descriptionem illam propter artis vocabula subobscura non intelligunt, non erit incommodum Mercurium ipsum cum aqua stygia vulgariter ipsi affusa & abstracta quodammodo fixare, ac in puluerem rubicundum reducere: idque igne satis violento, vt acrimonia & venenum mẽstrui totum eliciatur. Quod meliùs multo fiet, si sequens aqua ipsi commisceatur, & destillatione repetita separetur.

℥. aceti destillati ℔.ij.s. phlegmatis aluminis ℔.j.s. calcis testarum ouorum ʒ. vj. Destillentur omnia ad siccitatem. Huius aquæ cape ℔. iij præcipitati Mercur. vt suprà ℔. j. Omnia optimè ex artis præscripto mixta, destillentur per alembicum, ter aquam fæcibus reddendo. Postremo loco depellantur ad siccitatem: ac tùm remanebit in fundo puluis, quem super marmore priùs contusum iniicies in alembicum, rursus affundendo aquam præscriptam, quam ter à fæcibus destillabis, vt suprà. Postremò Mercurius præcipitatus circuletur cum vini alcoole per viginti quatuor horas. Destillato vini spiritu ad materiæ siccitatem, denuò nouum affunde, circula, & destilla, idque quater aut quinquies: ac tum perfectam Mercurij præparationem assequére: cuius vires in variis depellendis morbis, præsertim in morbo venereo, satis prædicari non possunt, siue per os assumatur, siue locis vulneratis applicetur.

Oleum Mercurii corporale.

Fac amagalma cum Mercurij crudi ʒ. iiij. & Iouis optimi ʒ. j. Istud ipsum super lamina Martis extendito, & in humido collocato, totum in oleum dissoluetur. Fit etiam cum solo Mercurio & lamina Iouis.

Oleum Mercurii sublimati.

Mercurius cum chalcantho & sale, vt moris est, ter sublimatus, misceatur ad extremum cum æquali portione salis ammoniaci, &

rursus

rursus sublimentur simul ter aut quater. Totum illud sublimatum in oleum resoluitur, ex quo spiritus salis ammoniaci eximendus est, omnia circulando cum vini essentia: ipsaque tamdiù destillando, donec oleum feruorem & acrimoniam amittat, & ammoniacus separetur.

Reducitur etiam per se in oleum lentissimo calore Athanoris, longoque temporis interuallo.

Balsamus Mercurii.

Sublimetur Mercurius toties cum simplici calce ouorum optimè præparata, donec omninò sit extinctus. Huic mixturæ affunde acetum destillatum alcolisatum, vt supernatet quatuor digitos. Destilletur liquor à fæcibus quater aut quinquies, donec Mercurius in puluerem rubicundissimum euadat: quē cum vini alcoole circulabis in pelicano per octo dies. Separato vini alcoole per alembicū, remanebit in fundo balsamus Mercurij pretiosissimus & dulcissimus. Desperata omnia vlcera, atque etiam carunculam in vesica sanat, & vulneribus istis sclopetariis summopere conducit. Porrò alias Mercurij præparationes, & vtendi rationem ex libro nuper à nobis edito cognosces.

Balsamus Martis.

Limaturæ Martis lotæ pluries cum muria, superfundes acetum acerrimum, vt supernatet quatuor digitos: ponantur super

cineres calidos octo dierum spatio, quotidie mouendo materiam, & separando acetum, quod colorabitur, & iterum nouum affundendo, idque tamdiu, donec acetum non amplius coloretur. Quo ad ignem euaporato, puluerem qui subsidebit, sumito: eumq; cum æquali portione ammoniaci sublimato. Eundem sublima um toties super fæcibus repones, iterumque sublimabis, donec rubini apparcat color. Posteà totum in aquam feruentem iniice, vt sal dissoluatur; tùm apponendo stare im frigidam, subsidebit in fundo Martis Balsamus, calcis solis instar. Aqua autem separetur ac denuò recens affundatur, vt dulcis balsamus efficiatur.

Oleum Martis. Ex ipso cum vini spiritu alcolisato circulationibus conficies oleum rubicundum ad omnes hæmorrhagias interiores, & viscera nutritionis corroboranda præstantissimum, si gutt. la conseruæ rosarum aut symphyti permiscetur, aut cum vino exhibeatur.

Crocus Martis. Limaturam Martis priùs optimè lotã calcinabis cum floribus sulphuris, vel ipsam dissolues cum aqua stygia. Deinde superfunde acetum acerrimum: & in calore relinquantur per aliquot dies: tùm demum reuerberentur igne aperto, vt ars præcipit, per integrum diem: colligendo semper flores qui supereminebunt, donec totum conuertatur in puluerem

rem rubicundissimum & leuissimum. *Balsamus, oleum, crocus & vitriolum Veneris.*

HAc methodo conficies balsamũ, oleum, & crocum Veneris: ex qua reflexa crustuli azymi instar, cum phlegmate vitrioli acido, omnia circulando artificiosè, elicies vitriolum cæruleum, ac pellucidum, cuius vires alio loco descripsimus.

Sal Saturni.

EX Saturno calcinato sal elicitur dulcescens in Bal. cum aceto destillato: toties ipsum in fæces affundẽdo, dum nihil amplius attrahat; euaporato mẽstruo remanet in fundo sal, qui solutionibus & coagulationibus iteratis fit crystallinus. Deinde facilè in oleum resoluitur in loco humido collocatum. Porrò si hunc crystallinum salem circules in pelicano cum vini alcoole per quindecim dies: posteà menstruum per destillationem eximas, nouumque affundas, & circules, addasque idoneum pondus salis tartari crystallini, conficies Balsamum saccharo dulciorem, & qui aduersus maligna vlcera, & oculorum affectus maiorem in modum conducit.

Oleum Saturni.

Balsamus Saturni.

Sulphur antimonii.

DEcoquatur antimonium pulueriſatum cum capitello præparato ex tartaro calcinato, aut cineribus clauellatis, & calce viua per horæ vnius spatium. Tùm finito illud infrigidari affundendo tantillum aceti, & rubor quidam apparebit supernatans, quem

colliges: pòst rursus ebulliant per horam vnã aut alteram: iterumq́ue refrigerentur, ac denuo quod supernatabit collige, id toties iterando donec rubor nullus ampliùs appareat. Est enim sulphur antimonij, quod exsiccatũ igne lentissimo ad vsus bonos seruabis.

Oleum antimonii.

Antimonium saccharo & alumine misceatur, imponanturq́; omnia in retortam vitreã. Subiicies ignem per quatuor aut quinq; horas lentissimum, quem posteà augebis. Manabit oleum sanguinis instar rubicundum.

Fit etiam cum Mercurio sublimato: sed cautio adhibenda erit, ne quis in gradu ignis error admittatur.

Oleum sulphuris.

SVlphur pręparatum decoquatur cum oleo lini, lentissimo igne subiecto: & fiet cõcreti sanguinis instar. Refrigerata materia iniiciatur in retortam, & subiiciendo ignem destillabit oleum sulphuris rubicundissimum.

Fit etiam si sulphuri furfur commisceatur & destilletur.

Oleum sulphuris vitriolatum.

Cape sulphuris viui p. j. cum quo misceas, lento igne, liquefacti vitrioli puri, tantumdem, vt vnum fiat corpus. Hoc depellatur per descensum: & oleum rubicundum in receptaculum descendit.

Oleum sulphuris terebint.

Si florum sulphuris ℔. j. admisceatur duabus aut tribus olei terebinthinæ, in calore sicco, soluentur flores in oleũ rubicundissimum

§ nihil extrahit: sed ♃. ♃. Seniertus admisuit spr̃m ☿ et obtinuit

tùm

tum ritè & artificiosè separato menstruo, sulphuris rubinus circuletur cum vini alcoole per octo dies: & habebis oleũ sulphuris, quod naturalis balsami vires obtinebit.

Oleũ sulphuris acidum.

Acidum autem sulphuris oleum fit ipso accenso, & superposita campana, aut vitro satis capaci, ad retinendos vapores, qui in oleum illud acidum conuertuntur.

Phlegma vitrioli.

VItriolum cõtusum imponatur in cucurbitam, & subiiciendo ignem secundi gradus, exibit aqua acida, quæ phlegma vitrioli dicitur.

Oleũ vitrioli.

℔. Fæces siue caput mortuum, quod residet in fundo vasis, quod colcothar dicitur: ipso contuso, si salices permiscueris igne violentissimo, oleum rubicundum emanabit.

Aliud.

Fiet etiam cum simplici colcothare, pulso igne violentissimo triũ dierum spatio; ac prodibit oleum feruentissimum, quod dulcificatur circulatione cum vini spiritu tartarisato.

Colcothar dulcific. & creta vitrioli.

Colcothar autem si soluatur in calida, & rubor per ipsam diffusus separetur, pòst exhaletur, remanebit colcothar subdulce. Quod remanet abstracta omni rubedine, creta vitrioli dicitur.

Spiritus vitrioli.

Quòd si vitriolũ pellatur per nouũ alembicum, affundendo semper liquorẽ capiti mortuo: tandemq; omnia circulando octo dierũ spatio, fiet spiritus vitrioli ad multa perutilis.

Phlegma aluminis.

ALuminis phlegma perinde fit, vt illud vitrioli.

Aluminis praeparatio.

Præparatur autem alumen, si quinquies phlegma illud capiti suo mortuo aut fæcibus ex quibus elicitum fuit, affundatur, & destilletur; vltimoque ad siccitatem omnem pellatur.

Oleum salis.

FAc muriam ex sale, in quam inijce calculos ignitos, vt ipsa imbibantur: eos autem sic imbutos indas retortæ, & dando ignem per gradus prodit oleum salis feruentissimum.

Butyrum arsenici fixum.

MAgnam in butyro arsenici fixo diximus esse vim ad venenata & maligna vlcera curanda: fit autem hoc modo;

Crystallinum Arsenicum priùs sublimatum cum solo colcothare (quod venenum ipsius retinet) commisce cum æquali pondere salis tartari, & salis-petræ, omnia intra duos vrceolos imposita fixentur, subiiciendo ignem xiiij. horarum spatio, primò lentissimum, tùm summi gradus. Inuenies materiam fixam albissimam, & perlarum referens colorem, quam in aqua calida solues, vt inde alkali extrahere possis. Puluerem qui subsederit, imbibe oleo tartari, vel, quod melius est, Talci, & exsicca ad ignem: idque ter facias. Rursus materiam in calida dissolue, vt salem eximas, & remanebit puluis candidissimus & fixus, qui in loco humido resoluetur in oleum

oleum pingue, butyri instar anodynum.

Oleum Talci.

EX Talco ritè & artificiosè calcinato elicitur anima cum aceto destillato: hæc ipsa resoluitur in oleum pretiosum, humido in loco collocatum.

Magnetis præparatio.

℞. succi Aristol. rotundæ & sabinæ an. ℥. iiij. serpentariæ ℥. ij. spiritus vini lb. j. circulentur priùs xxiij. horarum spatio, tùm destillentur. Huius aquæ cape lb. j. magnetis electi in puluerem redacti ℥. iiij. Circulentur simul, & aqua à fæcibus destilletur: idque ter reiterabis. Atque hoc pacto magnetis præparationem assequêre.

Cardiaca.

AT quoniam, vt diximus, nobiliores partes sunt roborandæ, & cor (vitæ principium) semper tueri oportet: sequentibus præparationibus vtendum erit.

Aqua theriacalis compositio.

℔. Theriacæ Alexandrinæ ℥. ij. s. myrrhæ electæ ℥. j s. croci ℥. ij. spiritus vini ℥. vj. Misceantur omnia, ac per cineres in alembico vitreo, subiecto igne lentissimo destillentur: destillata circulentur in Bal. per octo dies, & rursus destillentur. Hæc aqua summam contra pestem & omnia venenata vim habet, & cor maiorem in modum roborat.

INcturam auri, corallorum, & balsami naturalis, itemque margaritarum essentiam exposuimus in libello quê de præparat.

conscripsimus: earum etiam vires, & summos in medicandis morbis vsus explicauimus. Superest tantùm vt de auro vitæ loquamur, quod in sanandis morbis summum & extremum esse remedium non ignorabunt ij, qui singularem auri præstantiam etiam ad lepram curandam esse perspexerint.

Aurum vitæ.

Aurum vitæ fit multis modis. Calcinatum enim more spagyrico, leuissimum, spongiosum, & quod reduci non potest, redditur: à quo cum aceto destillato elicitur semen, idque in Balneo: cuius vires circulationibus cum vini spiritu ita augentur, vt ad innumerabiles morbos sanandos propè incredibiles videantur.

Aurum vitæ aliud præstantius.

Aurum in tenues bracteolas redactum calcinetur toties cum sale præparato (calcinatione philosophica) donec impalpabile reddatur. Salem ex alcoole Solis separato solutionibus: tùm ipsum rursus calcinato sale candidissimo & saccharino: huic mixturæ affunde spiritus vini alcolisati cum proprio sale, vt ex artis præceptis traditur, tantùm vt quatuor digitos supernatet: fac deinde vt accendatur, & exardescat vini alcool: hocque sæpius reiterabis. Deinde nouum affunde vini alcool, ac ritè & decenter omnia circulentur quatuor dierum spatio: tùm demum sepa-

separetur destillatione competenti menstruum: nouumque rursus affundendo, totiesque circulando & destillando vt factum est priùs, donec auri tota substantia per alembicum efferatur. Separato menstruo, vt decet, remanebit in fundo Aurum vitæ arcanorũ omnium summum & præstantissimum.

FINIS.



SONNET A MONSIEVR DV Chesne, Baron, & Seigneur de Morencé & Lyserable.

Ie serois trop ingrat à la posterité,
A ceux de nostre temps, à ta memoire saincte,
A Dieu qui t'a doué d'vne vertu non feincte,
Si mes vers ne chantoyent le los qu'as merité.
Nourrisson des neuf sœurs, tu as precipité
Le superbe ignorant, & donné telle atteincte
A son chef, orgueilleux, qu'il a senti la poincte
De tes sacrés escrits dignes d'eternité.
Encor' tu n'es cõtent d'auoir fait ce grãd bien,
Par ton liure premier à tant de gens de bien,
Leur monstrant de fuir ce qui plus les affole:
Veu que par cest escrit qui ne pourra perir,
Tu leur donnis moyen d'eux-mesmis se guerir,
Des coups que l'õ reçoit d'harquebuze ou pistole.

F. Marchant P. Valet, de chambre du Roy.

IN EXIMII D. MEDICI D. IOsephi Quercetani Sclopetarium.

In prauas spretâ quùm labes, numinis irâ,
Se mortale genus laxis immersit habenis,
Arma potens, scelerũ vindex, iustissimus vnus,
Igniuomas rutilo nubes fabricatus olympo,
Torsit

Torsit in indomitas ardentia flumina terras.
At magis exarsit sceleris vesana libido,
Inuisum cœlo & terris, è faucibus Orci
Verticis obrasi monstrũ dum excitur, opacis:
Hoc noua namq; nouo cuduntur fulmina fabro,
Et stygia erumpunt stygio documẽta magistro,
Qualia, Auernalis pandens mysteria templi,
Torua Hecate dederat, monstroso inclusa cucullo:
Lurida quũ pariter, permixto sulphura nitro,
Tisiphone adiunxit, flammasq; operasq; ministras.
Flammiferæ hinc tetro torquentur fulmine glandes,
Glãdiferæq; fremũt horrẽdo murmure flãmæ,
Vt reboent campi, montesque, & magnus Olympus.
Mox rapidum latas infert se virus in oras,
Quod quatit (heu furiale malum) tot fortia bello
Corpora, tot tetro raptim vlcere pascitur artus:
Crescente vt culpâ, crescat quoq; numinis ira.
Verùm qui vindex, nomen munusq; parentis
Item habet, atq; hominum casus moderatur acerbos:
Mutua nã postquam iurasse in funera Celtas,
Acriùs & rigidos funesta vtrumque parare
Arma videt ferrũq; atrox, glandesq; micãtes
Igne venenato, per mutua viscera tortas,

Attamen humanæ facilisq; bonusq; misertus
Sortis, opem pressis tandem mortalibus affert,
Aptaq; depromit reseratis pharmaca thecis,
Non audita aut visa priùs: quæ tradidit vni
Quercetane tibi, vt morbosq; luesq; leuares,
Quæ ferro flammisq; parens fœcunda malorum,
Orbe parit toto duri sæuitia Martis.
Sic tibi glandifera à quercu, certo omine nomen
Nascenti vt cessit, diris quoq; glandibus istis,
Sulphureo tinxit quas Tartarus ipse veneno,
Sydere felici cessit tibi munus vt obstes
Atque alias hinc mille lues, passim vlcere sæuo
Grassantes, tu mille modis, tu mille medelis,
Alter ἀλεξίκακος tollas, altérve Machaon.

Cl. Tex. M.

IN IOSEPHI QVERCETANI BAronis Morencæi, & præstantissimi Medici Sclopetariam ἀλεξιφαρμακίαν.

Si tot terra malis, quibus abstinuere priores,
Fertilis est hodie, quæ mens humana, malorum
Fabrica, sulphureis nuper corrasit ab antris:
Quid mirum, pariter priscis si multa negata
Commoda, fertilior terrâ nunc suggerit alum,
Ceu bona iuncta malis, & morbis sæpe medelas
Prouida cura Dei scaturigine ducit eâdem
Ergo, qui tenebris vsus hos eruat atris

Si

Si quem largitur Deus, hunc laudemus, amemus,
Et quæ haud vsq; capit liuor, non illico carpat.

I. TEXTOR. M. V. D.

SONNET SVR LE TRAICTE des Arquebusades du Seigneur de morencé & de Lyserable, Medecin, & Philosophe excellent.

Mars ialoux dés long temps pour la forte vaillance
Des gẽdarmes Francois, qui estoyẽt la terreur
Des autres nations, plein d'amere rancueur,
Delibera en fin d'en prendre la venegeance:
La discorde il hucha, qui par sa diligence
Les rendit mi-partis: & lors tãt fut leur cœur
Saisi de son venim, que sãs voir leur malheur,
Ils se sõt par quinze ans pour suyuis à outrãce:
Si que d'vn plõb meurtrier mille & mille soldats
Sont morts dessus le champ, recerchans les hasars,
Et autant, n'ayans eu l'appareil conuenable.
Et ainsi peu à peu las! la France eut esté
A la fin sans enfans, si Dieu n'eust suscité
DV CHESNE, qui se rend en son liure admirable.

PIERRE ENOC.

Virtus Phœnici similis.

IOSEPHO QVERCETANO MEdico excellenti, & optimè de patria merito, merenti q;.

Ob conseruatos insigni hoc munere ciueis,
Quercetane tibi querna corona datur.

FR. HOTOMANVS I.C. POSVI.

AD LECTOREM, QVOD QVERnea corona à clariss. Iurisc. Fr. Hotom. optimo iuri auctori sit posita.

Fortes fulmineis perituros glandibus istis,
Praesenti auxilio vis releuare viros?
Tot tibi quas Chiron, tot quas Epidaurius herbas
Monstrant, ne tanto quare labore procul,
Nec Pergameni insignes Coive medelas:
Arboris vnius sat tibi fructus erit.
Fertilis hoc fructu est, pretiosas, glandibus illis,
Quercus qua glandes obijcit ipsa suas:
Qua tot frugiferas inter fert nobilis arbor,
Et domino & patriae munera tanta suae.
Quo nunc, Naturae & patriae cui iura coronam
Decernunt quernam, Zoile iure negas?

CL. Tex. M.

INDEX

IHS

INDEX RERVM INSIGNIORVM QVÆ IN hoc libro continentur.

A

ACetum ambustioni cõuenit 83
Acetũ corruptioni obsistit 61
Acetum suppurationem tardiorem efficit 70
Ægrorum natura Medico perspecta esse debet 53
Ægros etiam desperatos nõ deserendos 36
Aere nihil humidius 41
Aerem humiditate sua putrefactionem rebus quas ambit inferre 62
Aerem his vulneribus contrarium esse, ac præsertim frigidum 62,95,97,116
Aeris substantia quomodo inficiatur 33
Aer qualis sit deligẽdus 40, 43
Aer ad vulneratorum salubritatem quomodo corrigendus 43
Affectio periculosior, relictis alijs in primis curanda 28,32
Alexipharmacum præstantissimum 77
Alexipharmacũ aliud quod in promptu paratum est 98
Alexipharmacum aliud proditoribus ibid.
Alphonsi Ferrij lapsus 12
Aluminis præparatio 172
Aluus suppressa ante purgationem vt subducenda sit 52
Ambustio his vulneribus vnde accidat 23
Ambustionis cum vulnere complicatę signa 31
Ambustioni aptissima medicamenta 83,84, 141,144,148,155
Ambustis locis pilos gignẽtia 101,101

Amputatio membri sauciati quando & quomodo molienda 103,104
Animi perturbationes periculosissimæ 47
Anodyna medicamẽta 120, 153
Apollonij Tyanei peregrinationes 137
Aqua his curandis vulneribus, arcendisque inflammationibus conueniens 60
Aqua neruis saucijs inimica 126
Aquæ potus vulneratis quibusdam pernicioſus 39
Aqua cancrorum & gamarorum 164
Aqua mellis 162
Aquæ nitrosæ & sulphureæ quibus prosint 9
Aqua spermatis ranarũ 164
Aquæ theriacalis compositio 173
Aquę venenatę 17
Artes quando fœlices 135
Arsenici non præparati vsus periculosus 132
Attrahentia medicamenta 81.141
Auicennæ de missione sanguinis falsa opinio 48
Aurum vitæ 174
Auster his plagis infestus 5, 43
Auster loco & origine frigidus 42

B

Balsamus hyperici vterq; 160
Balsamus Martis 167
Balsamus Mercurij 168
Balsamus naturalis in consolidandis vulneribus agens principale 7,60
Balsamus Saturni 169
Balsamus tartari 158
Balsamus Veneris 169
Balsamus visci pomorum vterq; 160
Boli Armenę pręparatio 159
Boreas in locis quibusdam saluber, in alijs pestilens existit 43
Brossæus etsi grauiter vulneratus, curatus tamen fuit 87
Butyrum arsenici fixum vt præparetur 172

C

Calcinatum magnum Paracelsicorum 70
Callosis vulneribus conuenientia remedia 118,119
Calor his plagis inducendus 70
Calx testarum ouorum & limacum 164
Capitis vulnerum cum fractura cranij curatio 89
Capitis vulnera cur periculosissi-

losissima ibid
Capitis vulnus nullum ex Hippocr. spernendum 97
Capitis vulnera periculosiora quę 98
in Capite vulnus lethale qui acceperunt, quando moriantur ibid.
Capiti vulnerato quæ medicamenta adhibenda, ac eorum descriptiones 92 95,96,97, 98
Cardiaca 173
Carni putridæ ac corruptæ quę medeantur 156
Catagmaticum Quercetani 109
Cataplasma emolliens 71
Cerebrum roborantia 157
Chirurgo in educēda glande quid potissimùm curæ esse debeat 57
Chirurgorum cōsuetudo in admouendis, tum primo tum secundo apparatu, remedijs improbatur 58, 67
Chirurgorū vulgarium cōfidentia, eorumque præcipua remedia 103
Colcothar quid sit, & quomodo dulcificetur 172
Cibi exhibendi ratio 44
Cibis quibus vtendum vulneratis, & quibus abstinendum 45,46
Cicatricem inducentia, vide Epulotica.
Cicatrices decorantia 154
ad Cicatrices elatas & rubētes 101
Clyster emolliens 53
Consolidans prę cipuū quod sit 7,61
Consuetudinis, ætatis, temporis, & accepti incommodi habendam esse rationem 37,39
Contusionis incommoda 3
Contusa vulnera in pus celerrimè conuertenda 67
Conuulsionis causæ 122
Conuulsionis ex inanitione curatio 123
Conuulsioni ex plenitudine idonea remedia 124 125
Conuulsioni per sympathiā quomodo medendū 125
Corroborantia 157
Corruptionis materia 5
Cranij fissura simplex cognitu difficilis, eiusque indagandæ methodus 91
Cranij fracturæ variæ, earumque curatio 90
Cranij fragmenta quando & quomodo eximenda 90,92
Creta vitrioli 171
Crocus martis 168
Crocus veneris 169

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0385
DFG

D.

Defensiua medicamenta 64,71
Defensiuum magistrale 81
Detergentia medicamenta 72,96,141,142,145.153
Digestiuis in plagis contusis quando abstinendum 6
Dolor vires debilitat, morbosque periculosiores ingenerat 120
Dolorem lenientia ibid.70, 71

E.

Empirici vnde laudem persæpe sibi captent 35
Empiricorum temeritas 63
Empireuma quæ exiguant 83,84
Endemij morbi 33
Epithemata cordi applicãda 78
Epulotica 142,143,147,154
Extractorum vsus commẽdatus 52,55
Extranea è vulnere primùm abstrahenda 58

F.

Faciei plagæ cum ossis contritione quomodo curandæ 99
Faciei ambustæ quę medeantur 100
Faciem ambustam lenientia 101
Fasciæ ligando vulneri quomodo aptandæ 64
Fasciarum obligandis fracturis commoditas Antiquis 89
Febri vt occurratur 111
Ferramentorum figuræ ex Ambrosij Paræi libro petendæ 56,92
Ferrum quæ indurescant 16
Ferrum molle quæ reddant ibid.
Ferrum veneno infectum antiquitus 14
Ferularum arctiorum incõmoda 107
Ferulæ his plagis sine periculo adhiberi non possunt ibid.
Fistulas curans linimentum 118
Fomentum emolliens &dolores sedans 70
Fracturis omnibus ceratum opportunissimum 109
Frictionum vsus 47
Frigida ac summè reprimẽtia ambustis inimica 82
Fructus vt conseruentur 62

G.

Gangrænæ proximæ signa 74
Gangræna corruptionis incipientis indicium 129
Gangrænæ curatio quibus perficiatur 130
Globum ex se venenum plagis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0386
DFG

plagis non inferre 13
Globum præsertim plumbeum veneno infici posse ibid.
Globuli veneno vt inficiantur 18
Globuli veneno perfusi indicia 30
Globulus corpori infixus quomodo educendus 56
Globulus si non exierit nec educi possit, quomodo curanda plaga 117
Globulus interdum in vulneratorũ corporibus diutissimè sine vllo incommodo latet 14,58
Granula pulueris tormentarij, sicubi inhæreant, quomodo extrahi & locus curari debeat 100

H.

HEpar roborantia 157
Heraclitus Ephesius à canibus laniatus 139
Humiditas nimia corruptionis est materia 5
Humiditatis aeris & aquæ differentia 41

I.

IGnis vi sua venenis resistit 12
Ignis modò violentus, ad venenorum purgationem est aptissimus 30
Indicationes curatiuæ duæ vulgò receptæ, quibus tertia & quarta addendæ veniunt 3,8,24,56
Indicationes subalternæ 56
Indicationes duæ ex Gal. venenatis vulneribus curandis 78
Iniectiones vulneribus profundis ac sinuosis idoneæ 73,112
Intemperiem tum calidam, tum frigidam corrigentia 121

L.

LAbor sauciatis pernicios us 46
Lapidis Beinbruch vires 110
Laudani Opiatici facultas mira 66
Laur. Iouberti laus 1,2,23, 63
Lingua vulpis attrahens specificum 81
Locorum & regionum ad curationem momenta 41
Loca quæ deligenda sauciatis, & quæ vitanda sint 44

M

MAgnetis præparatio 173
Medicamentis fœtidissimis veteres Medicos vsos fuisse 138
Medici officiũ quod sit 48

Me-

Medicum circumſpectũ eſſe debere in variandis aliquando remediis 7
Membrum ſauciatum ſtatim de principio non eſſe amputandum 87,88
Membri ſauciati amputatio quando molienda 82, 87
Membrum emortuum abſcindendi ratio 133
Meningi detectæ quæ medicamenta imponẽda 94
Meningi iam tactæ quæ cõueniant 96
Mercurius præcipitatus vulgi 165
Mercur. præcipit. fixus & dulcificatus ibid.
Metalla igne quidem purificari, alienam tamen à ſua natura ſubſtantiam imbibere 15
Morbi graues vnde æſtimẽtur 32
Mortis ſigna, quum vulnus lethale in capite acceptũ eſt 99

N

NArcotica quando adhibenda 121
Natura in ſe curationis efficientem cauſſam continet 2,61
Natura arte adiuta interdũ miracula edit 35,87
Natura vulnera carne implet, & tandem cicatrice obducit 61,73
Neruorum materia 126
Neruis punctis quæ auxilientur 126,127,156
Nutritum magiſtrale 85

O

OLea feruentia vulneri ſalubriter admouẽtur 62
Oleum cuiuis liquori ſuperinfuſum putredinem arcet 28
Oleum ad paralyſin & contracturas 128
Oleũ ad calloſa vlcera præſtantiſſ. 119
Oleum aceti 158
Oleum antimonij 169
Olea ex aromatis, lacrymis, herbis lignis, & gummi vt eliciantur 159
Oleum butyri 164
Oleum ceræ 162
Oleum frumenti 160
Oleum laridi 164
Oleum ex luteis ouorum ibid.
Oleum Martis 168
Oleum Mercurij corporale 166
Oleum Mercur. ſublimati ibid.
Oleum mellis 162
Oleum mellis aliud 163

Oleum

Oleum salis 172
Oleum salis tartari 157
Oleum Saturni 169
Oleum sulphuris 170
Oleum sulph. acidum 171
Oleum sulph. terebinthinatum ibid.
Oleum sulphuris vitriolatum ibio.
Oleum talci 173
Oleum tartari fœtens 157
Oleum Veneris 169
Oleum vitrioli 171
Ossibus corruptis medentia 112,113,154
Oxyrhodinum 64

P

PAndemij morbi 35
Paralysi quomodo medeatur 128
Pectori infixa plaga vt curanda sit 114
Phlegma aluminis 172
Phlegma vitrioli 171
Pilos ambustis inducentia 100
Plato discendi studio incensus varias regiones peragrauit 130
Plumbum vt mollitiem & nigredinem deponat 16
Potio pituitosis conueniens 53. biliosis 54. melancholicis ibid. confusam humorum illuuiem expurgans 55
Potionum vulnerarium facultas 146. earum formulæ varię 150,151, 152
Petitiones vulnerariæ vētris inferioris vulneribus aptissimæ 117
Potus quis vulneratis conueniat 46
Prȩcipitati vulgaris vsus improbatur 7
Præcipitati vt decet præparati vires 69
Prȩcipitati idonea prȩparatio, Vide Mercurius.
Puluerem tormentarium ex vino quosdam bibere 12
Puluueris tormentarij essentiam haud venenatam esse 9. ex quibus conficiatur ibid.
Puluis epuloticus 74
Purgantium medicamentorum delectus habendus 52
Purgationē vulneratis conducere 50
Purgatio quando molienda ibid.
Purgatio vtrum militibus conueniat 51
Purgatione quibus morbis occurratur ibid.
Purgationis modus quibus ex rebus æstimandus 52
Purgationem aptam & fa-

cilem quid efficiat 53
Postulas cohibentia 100
Putredini summo studio obsistendum 61

Q.

QVietem sanciatis conuenire 46

R.

REmediorum hîc descriptorum commendatio 2
Repellentia 142,144, 148,154
Rhabarbarum antiquis incognitum fuit 138
Rolucæ ad paralysim 128

S

SAl aceti 159
Sal fuliginis ibid.
Sal mellis 163
Salium metallicorum & semimineralium vires 6
Sal-petræ nostrum aliud esse à Nitro Dioscoridis 11
Sal-petræ venenatum non esse, ac quæ sit eius materia ibid.
Sal Saturni 169
Sal tartari 157
Sal vrinæ 162
Sanguinem in contusionis locum defluentem citò condensari, facileque putrescere 2,3
Sanguinem cohibentia 65, 66,144,148,154
Sanguinis missio vulneratis necessaria 48
Sanguinis missio qua parte facienda 49
Sanguinis mittendi tempus 50
in Sanguine mittendo quæ obseruanda ibid.
Santalum Chirurgis quid significet 94
Sarcotica 142,243,146,154
Scloperarium hunc librum, eundemque Gallica lingua conscriptum, cur auctor emiserit 2,141
Signorum cuiuslibet affectionis cognitio Medico necessaria 27
Signum in plagis pessimum 6
Simile à nauclero 75
Simplicia ex quibus potiones vulnerariæ parantur 149
Solutio continui duplex 2, 27
Somno quomodo vtendum 47
Spagyrica ars vnde sit dicta 136 quid commodi adferat ibid.7
Spagyricorum medicamentorum elenchus 143
Sphaceli signa 130
Spiritus vitrioli 171
Stannũ vt stridore exuat 16

Sul-

Sulphur salutare remedium 9
Sulphur antimonii 169
Suppuratio in his plagis acceleranda 67
Suppurantibus non temerè vtendum 4,68
Suppurantia medicamenta 67,141,142,145,153
Symptomata statim in principio prohibenda 60
Symptomatis sequioribus, prætermisso plerumque morbo occurrendum 119
Syncope quibus medeatur 129

T.

TEmperamenti partium cognitio Medico necessaria 5
Terebrare quid sit 89
Terebratione quando vtendum 89,92
Terebrum quibus locis applicandum Chirurgo notum esse debet 93

V.

VEnenatarum mixtionum effectus diti 17, 19
Venenatorum vulnerũ cognitio cur necessaria 28
Venenatis vulneribus quæ medela primùm adhibẽda 69
ad Venenata vulnera 143, 147, 155
Venenum his vulneribus vnde 13
Venenum globulo immixtum vi ignis non extingui 20
Veneni cum his vulneribus complicati signa 29, 75
Venenum vt eliciatur 49,80
Venenum attrahentia Antiquis 78
Ventorum qualitatem quæ immutent 42,43
Ventris inferioris vulneribus quid subueniat 117
Victus ratio vulnerat. vt instituenda 37
Vinsius à Medicis desertus quo remedio curatus fuerit 36,61
Vinum quibus vulneratis concedendũ, quibus non 39,46
Vini vsu vulneratis in capite omnino interdicendum 97
Viscus ex herbis vt extrahatur 161
Vitæ ratio dissoluta quę adferat incommoda 34
Vitriolum Veneris 169
Vnguentum magistrale 63
Vnguentum de pæto 146
Vnguentum aliud de pæto 147

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0391
DFG

Vulnera in capite accepta Ferrariæ, in tibijs verò Florentiæ immedicabilia esse 42
Vulnerum sclopetariorum essentia secundum Botallum, & Ioubertum & Paræum 2,8
Vulnera sclopetica venenositate & vredine plerumq; implicata, esse 9
Vulnerum sclopet. differentiæ vnde oriantur 25
Vulnerum sclop. curatio ex quibus intentionibus sumenda 36
Vulnera minùs periculosa 35. periculosiora 32. mortifera ibid.
Vulnera vnde reddantur periculosiora 33
Vulneribus quid statim ab initio admouendum 63, quid in apparatu secundo 67. quando illa carne implenda 73
Vulneri cũ fractura cõiuncto quomodo medẽdũ 86
Vulnerum cap. curatio, vide Caput.
Vulnerum quibus brachiorum aut tibiarum ossa rupta sunt curatio 102
Vulnerum quæ per corpus sine fractura penetrant curatio 102
Vulneribus, si spinam dorsi attingant, & si medulla emanet, quomodo medendum 117

FINIS.

Confer Coel Rhodigynum Lib. 19. cap. 13 et Libro 8 cap. 6.

f. VII. p. 152. ff. IX.
f. VII p. 175 f. XIII.
f. XII. p. 432.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0393
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0394
DFG

VERCE
pera

M
3.59

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn769154220/phys_0395
DFG

℔ rad.angel.pœoniæ, cariophil
bæ hirci, tormentillæ, petasites, vi
an.℥ ij.sãtali citr. ligni aloës an. ℥ ß
cardui benedicti, acetos.citri, & co
an.℥ j.bacca.iunip.℥ j.ß.epithim.fl
anthos an. p.j. flor. viol. nymphea
bugl.cichor.ros.rub.ana p.j.ß. vlm
macerẽtur in lib.iiij.hydromel. vel
generosi per iiij.dies ad ignẽ bal.m
dein exprimantur fortiter.Huic ex
adde theriac. Alex.℥ iiij.croci ℥ j. c
mi cariophill.an. ℥ ij.spec.lætif. Ga
briel.specier.diamarg.frigidi & dia
na ℥ ij.s. macerentur denuò per du
dies ad ignẽ bal. dein destillẽtur pe
ad siccitatẽ.fiat aqua theriacalis. Vt
& efficacior.fiat hęc nostra aqua th
extrahẽdus est sal ex fœcib. residẽti
decet arte, atq; cũ aqua p̃dicta cõn
Dosis est cochleare argẽteum, med
parte repletum. Eximia sic euadit h
& mirifica ad omnia p̃libata sympt
ad omnes morbos, in quib. malign
putrilaginis, aut venenatæ qualitati
suspicio emicat; & quãuis ad omn
lios affect' similes vsurpari possit:
tamẽ cor respicit, & partes respirati
tas quẽadmodum & caput atq; cer
itaque roboratio vniuersalis perfic
Nũc speciatim partib. ad nutriti

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769154220/phys_0396
DFG